matris accipiens ipsis fratribus, seu filijs educandis con=
cessi, et ad ea, quae ab antecessoribus meis illis tradita
fuerant adauxi, ut his adminiculis consolati Deo, et
Sanctis eius hic consistentibus fideliter seruiant, ac pro statu,
et Regni, et Sacerdotij, pariterque pro uiuis, atque defunctis
Dei misericordiam exorare ualeant: Juxta apostolicam
enim sententiam iustum, et rationabile est, ut qui ecclesiae
seruiunt de ecclesia et uiuant. Haec autem sunt, quae ad S.tos fratres
[illegible] dedi, et ordinaui. In primis Villa de Melereto, cum
omnibus finibus, et pertinentijs suis. Item Villa Selaner
quae similiter dicitur Melereto, et Palornara, et Ronchea, et
Ronchettas, cum aquis, uineis, pratis, pascuis cultis
et incultis, syluis, et uenationibus usque ad syluam
S.ti Laurentij, et usque ad villam quae dicitur Ammianum, et
usque Selletras, et usque Bibinis, et usque ad Villam S.ti
Stephani, et usque Clerlanum, similiter et villam
de Castelono, et de Murciano cum finibus, et pertinentijs
suis a villa S.ti Andreae, usque ad villam quae dicitur Gora=
pium, et usque ad Syluam, cum omnibus redditibus suis
cum Agris, uineis, pratis, pascuis, Cultis, et incultis
cum aquis, aquarumque decursibus, cum molendinis, et
Piscationibus eis trado, atque confirmo: Villam de
Mariano, et villam de Carlinis, et villam S.ti Georgij
cum omnibus redditibus suis, una cum omnibus Finibus
et pertinentijs suis, cum campis, uineis, pratis, pascuis
cultis, et incultis, cum aquis, aquarumque decursibus
ac Molendinis, Insulis in mari, et flumine, quod
dicitur Cornuum, usque ad aquam quae dicitur Arnescum
cum Paludibus, et Piscationibus, cum syluis, et
uenationibus. Michi, et successoribus meis omni

utilitate sublata eis perpetualiter habendas concessi.
Trado insuper eis in omnibus supradictis ~~[illegible]~~ villis eorum
ecclesias Baptismales cum capellis sibi pertinentibus. et ut Pre=
positus eorum de ceteris eis largius ministrare valeat ipsas ecclesias
ad suam utilitatem ordinet, et habeat, similiter in foro Aquileiensi
viginti stationes. et in Comm fori viginti eis concedo. et ad
eorum servitium, vel utilitatem dispono: eorum itaque orationis
me committens, ut pro salute mea, tam animae quam corporis
et ut pro vivis, atque defunctis dei misericordiam fideliter
deprecentur. eos sub testimonio, et praecepto christi devote
admoneo: successores quoque meos in christo humiliter peto
ac moneo, ut quod ego tam pro eorum quam pro mea salute ordi=
navi, dei timoris pariter, et amoris, et suae memores salutis
minime infringant, sed scientes pro malefactis poenas,
pro benefactis ~~poenas~~ praemia se percepturos omni tempore ratum
et stabile esse permittant. Rogo insuper eos, ut locum istum
et fratres sic misericorditer tractent sicut deum, et sanctos eius
cupiunt habere propitios: Quod si aliter quam disposui de omnibus
praenominatis rebus, quod nec spero, nec cupio facere voluerint
habeant S.ta mariam, et omnes S.tos a me hic propositos accusatores
in die iudicii, et eum qui est S.tus sanctorum christi judicem.
Si vero alia quaelibet persona hoc a me factum infringere, vel
turbare, et aliquo ingenio, aut violentia mutare praesumptuose
temptaverit, sub anathemate posita corporis, et anima=
e duplicem poenam percipiat; Corporis quidem, ut psalmista
ait Veniat mors super illos, et descendant in infernum
viventes, Animae vero, ut in die iudicii perpetua dam=
natione cum Anania, et Juda traditore domini sine
fine damnetur. Quod ut verius credatur. et diligentius
observetur hanc paginam per manum Bernaldi Hataij scribi
praecepi, atque sigilli mei impressione frei: Actum in eadem
ecclesia Anno dominicae incarnationis millesimo tricesima primo
Ind. xiiij. iii idus Julij. Residente d. Joanne Apostolico
in Roma. Regnante vero Conrado Imperatore Augusto

Imperij sui Anno quinto. Pontificatus autem eiusdem domini Popponis anno xv. Residentibus autem duobus Romanis Cardinalibus cum ceteris s[ant]c[t]is epis[copis] et clericis. Astante Valperto Aduocato cum reliquis Laycis, simul etiam fidelibus peracta consecratione expletis missarum solemnijs: Ego praedictus Poppo s[anc]t[e] Aquileiensis eccl[esi]e Patriarcha gaudens, et exultans, et deo gratias agens, qui non meis meritis, sed secundum magnam misericordiam in bonis adimpleuerat desiderium meum, coram cunctis astantibus hanc cartulam ordinationis meae s[anc]t[e] dei genitrici Mariae, sanctisque martyribus christi hermagorae et fortunato obtuli, et propria manu subscribens, omnes astantes ep[iscop]os cum Walperto aduocato et quibusdam Laycis subscribere iussi, ut sit fratribus perpetuo habenda, et possidenda propria manu donaui

\+ Ego Poppo s[anc]t[e] Aquil. eccl[esi]e Patriarcha propria manu subs[cripsi]

\+ Ego Joannes Romanae eccl[esi]e Cardinalis ep[iscop]us sub[scripsi]

\+ Ego Rodo similiter s[anc]t[e] eccl[esi]e Romanae card[ina]lis ep[iscop]us subs[cripsi]

\+ Ego Aistulfus s. eccl[esi]e Rauennae ep[iscop]us subs[cripsi]

\+ Ego Wolalricus dei gr[ati]a Brixanus ep[iscop]us subs[cripsi]

\+ Ego Azo ep[iscop]us Ciuitatis nouae subs[cripsi]

\+ Ego Woldalricus Tergesti[n]ae eccl[esi]e ep[iscop]us subscripsi

\+ Ego Rothanius s[anc]t[e] Iamiensis eccl[esi]e ep[iscop]us subs[cripsi]

\+ Ego Woldalricus Tridentinus ep[iscop]us sub[scripsi]

\+ Ego hermannus Bellunensis ep[iscop]us subs[cripsi]

\+ Ego Regica Feltrensis ep[iscop]us subs[cripsi]

\+ Ego helmingerius Cenetensis ep[iscop]us subs[cripsi]

\+ Ego Ida Polensis ep[iscop]us subs[cripsi]

\+ Ego Adalgerius Iustinopolitanus ep[iscop]us subs[cripsi]

Signum manus Walperti aduocati

Signum manus Ioa.s v. ioni, et Bonhaldi fr̃is eius

Signum manus herrmenardi et Tegenzonis fr̃is eius

Signum manus Samonchi, et Ropoli

Signum manus Aldini

Signum manus Sinualdi

Signum manus Marini

Signũ manus Renzonis

Signũ manus Onualdi

Signum manus Aconis

Signum manus Hoffonis

Signum manus Roaldi

Signum manus Dessinni

Signum manus Ingelferdi

Signũ manus Ador

Signum manus Bonhaldi, qui hanc cartulã et uisse-
.D. Roffonis et g.mi Cathe ... scripsi, atq; compleui.

Ant.s Macosticha pub.s imperiali auct.e not.s Urbini,
R.di capli Aquil. cancell.s transumptum
privilegium ex Libro Privilegiorum ipsius
R.di cap.li fideliter exemplavi et signavi

Nos Officiales venerab. [illegible] ... fidem indubiam facimus et attestamur supradictum Ego D. Antonius Macosticha esse not.m publicum [illegible], cuius publicis scripturis hic plena fides adhibetur, et [illegible] adhibenda in quorum fidem
[illegible] 20 Junij 1581

[illegible]

VII.

ACTA INTER ILL^mu DVC: DO
CEl
ILL^mu AC RE^m PATRIARCA
AQVIL:

1445 18 iunij

Ludouicus Patriarca

In Christi Nomine Amen. Anno à Natiuitate eiusdem MCCCCXLV. Indictione octaua, mensis Junij decimooctauo. Pateat omnibus hoc publicum Instrumentum inspecturis, quod cum hoc sit, quod cum R.mus in Christo Pater D.s Ludouicus Imperatione diuina sancti Laurentij in Damaso presbiter Cardinalis, et Patriarca Aquilegien. et Sanctissimi Domini nostri Papae Camerarius olim tam per literas proprias, quam per non nullos nuntios, et Legatos suos et etiam hic existens Legatus de latere sanctae Sedis Apostolicae, et presertim Sanctissimi Domini nostri pluries requisiuerit, nouissime per R.mum in Christo Patrem D. Joannem de Reate eiusdem sedis Prothonotarium, et ipsius D. Patriarchae Procuratorem, Syndicum, et Nuntium specialem, ut de eius mandato patentibus literis dicti R.mi D.ni Cardinalis, et Patriarche cum suo magno sigillo sigillatis. Datum Romae apud Sanctum Laurentium in Damaso Anno domini MCCCCXLV. Indictione octaua; Die sexta mensis Martij à nobis Notarijs infrascriptis visis, et lectis; plene constat.

Petitio Patriarchae

Instantissime requirat Ill.mum Duc. Do: Venet. ut ipsi R.mo Dominio Cardinali, et Patriarche Aquilegien. tamquam Patriarchae, ac pro suo Patriarcatu det, restituat et assignet Ciuitates, Terras oppida, Castra, loca, et bona, quae ipsum Ill.mum Do: iamdudum tenuit, et hodie tenet, et possidet de bonis dicti Patriarcatus.

Responsio Dominij

Ex aduerso pro parte ipsius Ill.mi Do: diceretur, et dicatur quod illas et illa non tenetur restituere, cum per ipsum iuste, et legitime acquisita sint; Nam cum iniuste per Inuictissimum tunc Romanorum Regem fuisset in dictum bellum ipsi Ill.mo Dominio cum fauore, et Auxilio Patriarchae Aquileien. ac totius Ecclesiae, et Patriae Aquil. equum, et iustum fuit ipsi Dnio Bona iniuste ipsorum inuadentium sua propria facere, et acquirere, et demum tamquam propria retinere, et si uellet ex benignitate predicta restituere Justum est prius ei satisfieri debere de damnis receptis, ac Interesse, et Expensis omnibus per ipsum Ill.m Dominium legitime factis, et passis, tam in deffendendo loca propria inuasa et lacessita à quondam predicto Romanorum Rege, et à q. Ludouico Patriarca, et Ecclesia Aquil. et ab alijs supradictis iniuste, et indebite, quam etiam in capiendo bona antedicta pro necessaria deffensione ipsius Ill.mi Do: et suorum locorum de manibus ipsius q. Ludouici Patriarchae, et aliorum Iniuste et Indebite dictum Dominium in Terris, et in locis proprijs inquietantium,

Lud.co Dech Patriarca

Nam prefatus Ludouicus q. Patriarca, et dux Dech detinens predicta bona beniuole, et Amice, ut vicinos, et finitimos decet tractatus, nulla eum ad hoc iusta ratione cogente contra omne naturale, et Ciuile Justitiae debitum, et contra honestatem, et ritum Ecclesiasticum, accersitis, et admissis non semel; sed pluries, ac diuersis vicibus magnis, et potentissimis Exercitibus prefati Regis, et Pannonium Germanorum, caeterorumque omnium, qui Veneto nomini tunc inimici, et infesti

2

erant, nedum his adiutoribus, sed solus etiam Venetorum Territoria, ac eorum Subditos plerumque inuasit, et inuadentibus quibuscunque, uel inuadere uolentibus, uel quomodocunque offendere dictum Ill.mum Dominium, et eius Ciuitates, Oppida, loca, et subditos semper additum Consilium, auxilium, et fauorem prestitit, et se cum illis adiunxit, unà cum omni Patria, et Ecclesia supradicta, quibus ex rebus plurima loca dicti Dominij capta incendijs, ruinis, Predis, rapinisque exposita, et deuastata fuere cum maxima suorum Subditorum Cede, et miseranda membrorum mutilatione, adeoque temporibus illis nullus Venetorum locus Patriae Forijulij finitimus satis tutus poterat Judicari, sed suspitionis, timoris, mestitie, ac cladis tam publice quam priuate omnia plena uidebantur; Haec cum dura, et acerbissima ipsi Ill.mo Dominio Venetiarum magnopere essent, nec pro eorum dignitate, ac uetusta in subditos fide, et singulari beniuolentia tollerari deberet. Romanum tunc Pontificem per literas, et Oratores suos sepenumero requisiuerunt, ut ipse (prout Juris erat) dictum Patriarcam à tam temerarijs, et diuturnis ausibus reuocaret, et compesceret; Qui Romanus Pontifex hac de causa misso R.mo D. Cardinali Hispano, nolentibus ei dictus Patriarca, et Compatriote obedire tante tamque necessarie rei, post hec legitime, satisque opportune nimime procundit, Quas ob res cum nihil aliud eis relictum esset, nisi Vim vi repellere, ut sua, et subditorum suorum bona tuerentur, ac tantos, tamque hostiles impetus, et frequentas, et diuturnas Iniurias Iniuste Illatas propulsarent, Exercitum contra dictum Patriarcam, et Patriarcalem Patriam, quam tenebat, et cum qua, et ex qua ipsum Ill.mum Do: totiens offenderat; Quo factum est, ut fauente Deo, ac Justitia Patriae Forijulij in eorum ditione breui tempore (non Contradicente Romano Pontifice) deuenerit, et pluribus annis salubriter detenta gubernataque fuerit, Quae cum ita iuste, et legitime acquisita sint Ill.mum Do: Venetorum satis clare intelligit neminj de Jure per ipsum debere restitui, si qua tamen in predictis restituendis humanitate in R.mum D. Cardinalem, et Patriarcam, aut eorum solita in Romanam Ecclesiam deuotione uti uellet, Nemo est, qui non Intelligat Ipsi Ill.mo Dominio, saltem prius refici debere damna, Interesse, et Expensas, quae summam ducatorum Tercentorum millium excedunt, His etiam merito adiungi potest, quod Ipsum Ill.mum Do: Venetorum hec loca maximis sumptibus semper defensauit, ac hodie defendit aduersus eos, qui contra Romanam Ecclesiam, et Beatissimum D. D. Eugenium Papam quantum aduersa altaria erexerunt, et Sacrilegium Scisma in Dei Ecclesia introduxerunt, et adhuc turpissime inducunt, et nutriunt; Nam prefatus Ludouicus Dux Tech dum Patriarcha Emulus B. D. Eugenio sub nomine

Basiliensis

Basiliensis Consilij dicta Territoria inuadere nisus est, et olim quidem Episcopus Tridentinus Cardinalis, et Patriarca Aquileien. pretensus ex Nobilissimo Magonie Ducum genere ortus, predicta bona quodam quesito Colore summis viribus usurpare studuit, adeoq; non parum conferebant, que ania de Theucris, et literis, et Oratoribus undiq; allata fuerunt; Parabant enim maximis Conatibus multas gentium copias preter eorum consuetudines omni armor. genere munitissimos, ac validissimos Exercitus contra Vngariam, et omnem Populum Christianum, qui si preualuissent, quod Deus auertat ~~aduertat~~, maximum in mirum periculum Patrie Aquileien. res ipsa attulisset, et Ideo nō iniusta quidem ratione dicta loca ipsum Illm. Do: ut supra absolute, et incaute restituere hactenus recusauit, ne eius subsidijs dictis locis destitutis non solum ipsi Illmo Dominio, sed Vniverse Ecclesie sancte Dei, et cuncto populo Christiano damnū, et grauissima Jactura illata fuissent: Exaduerso autē dictus D. Joannes Prothonotarius his auditis, et Intellectis nominibus quibus supra petebat ipsā Patriam sibi debere restitui, post multa tandem hinc inde Examinata, et discussa, et agitata, prefatus Dominus Prothonotarius, Syndicus, et Procurator suprascripti Rmi D. Cardinalis, et Patriarce ex vna et Sp: et generosi viri Domini Marcus Foscari Procurator Sancti Marci, et Ludouicus Foscareno Artium, et Vtriusq; Juris Doct. Hon. Ciues Venet. mandatarij, Syndici et Procuratores Illmi Principis, et Exc.mi DD. Francisci Foscari Dei gratia Ducis Dominij, et Communis Venetiar. ut de eorum syndicatu, et mandato plene constat publico Instrumento scripto manu Circumspecti viri Ser David de Bealdinis publici Imperialis Notarij antefati Illmi Dominij Secretarij, Die nono mensis Junij a nobis Notarijs Infrascriptis viso et Lecto ex parte altera, volentes benigne, concorditer, et Amice vtriusq; partis indemnitati Consulere, Ad Infrascriptam Compositionem, Concordiū, Transactionē, et Infrascripta Capla, Conuentiones et pacta unanimiter deuenerunt. Nam primo predicti Domini Marcus Foscari, et Ludouicus Foscareno nomine quo supra fatentur, et acceptant ipsū Rmū Dnum Cardinalem et Patriarcam in vnicum, verum, Canonicum, et indubitatū Patriarcam Aquileiae, prout hactenus habuerunt, secluso omni alio pseudo Patrha pretenso, Promittentq; predicti Domini syndici, et Procuratores supradicto nomine, qd dictum Illm Dom. habebit perpetuā, et Inuiolabilem

Ratificatio Patriarcae

Duo militi Veneti utriq; Foscarini

4

Amicitiam, beniuolentiam, et Charitatem cũ ipso R.mo D. Cardinali, et Patriarca, eumq; et statum suum in dicta Patria omni tempore, omni Casu, et omni modo, et contra quemcunq; tuebitur, et manutenebit, et in omnibus et p omnia secum aget, ut cum Cive, et homine sibi Carissimo esset, Et e contra promittit Item Dnus Prothonotarius dictis nominibus, ut supra prelibatis Dnis Syndicis, et Procuratoribus Ill.mi Do: Veneti perpetuã, et Inuiolabilem amicitiã, beneuolentiam, et Charitatem cũ ipso Ill.mo Do: eumq; et statũ suũ in dicta Patria omni tempore, omni casu, et omni modo, et contra quemcunq; tueri, et manutenere.

Item promittunt prefati D. Syndici, et Procuratores nomine supradicto, q totalis Jurisdictio spiritualis, et Ecclesiastica, et omnis superioritas, et Administratio in spiritualibus dicti Patriarcatus, et Patrie Aquileien. sine diminutione aliqua sit, sicut hactenus semper fuit ipsius R.mi D. Cardinalis, et Patriarchae, et ipsi verum, plenam, et totalem obedientiã in spiritualibus omnibus, et in administratione, usu, et Exercitatione omnium spiritualium ex nunc exhibent, et assignant. Promittentes q p totum dictum Patriarcatũ ab omnibus Subditis dicti Ill.mi Dominij dictum Dominium faciet in spiritualibus ipsi R.mo D. Cardinali, et Patriarcae, et eius officialibus plenariè obedire, nec directè, uel Indirectè de dicta Jurisdictione, uel administratione spirituali se Impediet, Quinimo Ipsum R.mũ D. Cardinalem, et Patriarcã in sua Jurisdictione spirituali tuebitur, et defendet. Insuper ut Ipsa Eccl.ia Aquilegien, et ipse R.mus D. Cardinalis, et Patriarca Bonis temporalib. dicte Patrie utantur, et gaudeant non aduertente dict. Duc. Do: ad pdictas omnes maximas Expensas p se factas, et fiendas, damna, et Interesse, que pretendit ut supra, et ad Jura multa alia, que habet Ill.m Dnium Antedictum in dictis bonis, de quibus supra, sed volente multa remittere suprascripti D. Syndici, et Procuratores Antedicto noie cum Eodem Dno Prothonotario nomine, quo supra Conuenerunt, quod Ciuitas Aquileiensis, et oppida S. Viti, et S. Danielis in dicta Patria consistentia cũ omnibus eorum districtibus, pertinentijs, Territorijs, fructibus, Commoditatibus, emolumentis, et quibuscunq; alijs Juribus eorum, et cum omnimoda Jurisdictione, ac mero, et mixto Imperio, ac omni Temporali Dominio, Exceptis pheudis, et eorum Collatione

habeantur

[Margin notes: Jurisd. in spirituali; Bona temporalia Patriarchae; exceptis feudis, et eorũ collacione]

habeantur per ipsum R.mum D. Cardinalem, et Patriarcam, et quod in Illis, et de Illis nullo modo dictum Ill.m Do: se Impedire possit, sed totale Dominium, Administratio, gubernatio, et omne Imperium eorum liberè remaneat dicto R.mo D. Cardinali, et Patriarche, et ex nunc prędicti D. Syndici, et Procuratores quo supra nomine dictam Ciuitatem, et Oppidum cum dictis eorum districtibus, Territorijs, et finibus, ut supra dictum est, liberè relaxant, et ipsorum vacuam, et liberam possessionem dimittunt, et restituunt, et assignant dicto D. Prothonotario dictis nominibus recipienti, Dictoque R.mo D. Cardinali, et Patriarche, dictoque D. Prothonotario dictis nominibus dant, et concedunt liberam potestatem, facultatem, et auctoritatem realem possessionem apprehendendi dictarum Ciuitatis, et oppidorum cum dictis eorum districtibus, Territorijs, et pertinentijs, ut supra dictum est, ex propria auctoritate, sine aliqua licentia, uel requisitione dicti Ill.mi Do: Cum his tamen condi: tionibus, et pactis, quòd omnis Introitus, reditus, prouentus, et emolu: menta percipien. per R.mum D. Cardinalem, et Patriarcam ex temporalitate dictorum locorum computentur in summa ducatorum quinque millium Infrascriptorum.

Conditiones

Prouentus

Item quod omnes, qui tenentur personaliter, uel cum equis seruire Custodie dicte Patrie undecunque sint, etiam si in predictis tribus locis habitaret semper cum res exegerit, uel ipsi Ill.o Do: opus visum fuerit, obediant, et seruiant ipsi Ill.o Do: et eius officialibus.

Milites

Item quod Status R.i Dnus Cardinalis, et Patriarcae, ut eius officiales non permittant portari sal, aut uti alio sale in dictis tribus locis, preter de sale Caniparum dicti Ill.mi Do: in dicta Patria ad hoc deputatarum, uel deputandarum.

Sal

Item quod non permittant committere Contrabanna dicti salis, et aliarum rerum, preter Viros fugitiuos, et alios quoscunque Ribelles, et bannitos per Ipsum Ill.m Do: in dictis locis tutè, et securè permanere, et si Ibi Inueniantur remittantur in Potestate ipsius Ill.mi Do: Et è contra banniti, fugitiui, Condemnati, uel Ribelles dictorum trium locorum R.mi D. Cardinalis, et Patriarchae, uel censuris Ecclesiasticis innodati per ipsum R.mum Cardinalem, et Patriarcam, uel suos officiales non possint se reducere, nec debeant aliquo modo acceptari in aliquibus locis sitis in dicto Patriarcatu, et Patria Aquilegiensis, tentis per Ipsum Ill.m Do:, sed hincinde debeat fieri remissio realis, et sine fraude. Et quod neutra partium in dictis locis debeat aliquid Innouare

Banniti, et Contrabanni

Et quod neutra partium in dictis locis debeat aliquid innouare in Iudicium alterius, uel subditorum suorum

Quinq millia duc. auree

in presidium alterius, ut subditor suor.; Insuper Antedicti Dni Procuratores, et Syndici nomine suprascripto promittunt dicto Dno Prothonotario dictis nominibus recipienti, et stipulanti dare, et solver Ipsi R.mo D. Cardinali, et Patriarche pro omnibus alijs locis Ipsius Ill.mi Do: et que Ipsi Ill.mo Do: remanent in administratione temporali singulis annis quinq millia ducat. Venet. boni auri, et Justi ponderis, computando in illis pdictos Introitus, redditus, Prouentus, et Emolumenta, que Idem R.mus D. Cardinalis, et Patriarca annuatim recipiet ex dictis tribus locis, qui quidem quinq millia duc. auri soluantur in tribus Terminis, et singulis quatuor mensibus tertia pars de redditibus ordinarijs, extraordinarijs, atq mixtis dicte Patrie per officiales quoscunq pfati Ill.mi Do: in dicta Patria existentes absq alia speciali licentia, et mandato suo; Declarando tamen, q Terminus huiusmodi solutionis initium habuerit ad KL. Januarij proxe preteriti; Promittunt etiam ijdem D. Syndici, et

Ref. c. 2810

Procuratores nomine pdicto dicto Domino Prothonotario nominibus, quibus supra, q Ipsum Ill.m Do: tuebitur, et defendet personam Ipsius D. Cardinalis, et Patriarche in dicta Patria Aquil., et tria loca suprascripta s. Ciuitatem Aquil., oppida S.ti Viti, et S.ti Danielis per ipsum R.mum D. Cardinalem, et Patriarcam possiden., et Ipsa etiam loca sibi Ill.mo Do: retenta, et possessa sumptibus, laboribus, et expensis pfati Ill.mi Do: contra quoscunq Inimicos, et hostes perfidos scismaticos; Item Conuenerunt prelibati D. Procuratores, et Syndici dicto nomine, et pfatus D. Prothonotarius nominibus, quibus supra, q omnes Alie Ciuitates, et loca, et omnia alia oppida, Castra, et loca Ipsius Patriarcatus, et Aquileien Ecclesie, et per ipsum olim habitata, et possessa, et que hodie per Ill.m Do: detinentur, seu possidentur cu eorum districtibus, Territorijs, fructibus, Commoditatibus, pheudis, ac generali omnium pheudor Collatione Iuribus, et pertinentijs suis, et cum omnimoda, et plenaria Iurisdictione mero, et mixto Imperio in Temporalibus, et omnis superioritas, et Ius omniu pheudorum, et generalis eorum Collatio, et omnis administratio,

et

et Custodia detineantur, et possideantur, ac possint ex causa dictæ Transactionis licité detineri, et possideri p ipsum Illmum Do: Venetiarum, et fructus exinde superlucrari, ac etiam sint cū omni Juris plenitudine in dictis bonis dictæ Eccliæ Aquil: competenter liberé, et expedité sine aliqua contradictione, et ipsorum bonorū aliqua diminutione, omnibus melioribus modo, Jure, Via, et forma, quibus possint, et liberé ad ipsum Dominium habeantur, et possideantur, ac Custodiantur, Itaq. Ipse Rm: D. Cardinalis, et Patriarca, nec suo, neq. Aquil. Eccliæ nomine possit se de predictis locis, Juribus, et Jurisdictionibus aliquo modo, via, Jure, vel forma directé, vel Indirecté in Temporalibus Impedire, vel Intromittere, sed ut supra dictum est sint, et esse debeant dicti Illmi Dominij omnibus mel. Jure, via, et forma, quibus possunt, et ex nunc dictus Prothonotarius dictis nominibus predicta omnia dicto Illmo Do: seu prelibatis D. Syndicis, et Procuratoribus recipientibus nomine predicto relaxat, tribuit, et Concedit, et dictis nominibus promittit q Ipse Rm: D. Cardinalis, et Patriarca, nec aliquis suo, vel Ecclesiæ suæ Aquil. noie directé, vel Indirecté, vel aliquo qsito Colore se de illis, et in illis ullo modo Impediet in Temporalibus, et q se etiā de illis, et in illis quoad Temporalia impedire nō posset; Quæ quidem omnia, et singula suprascripta solemni stipulatione promiserunt predictæ partes dictis modis, et nominibus sibi adinuicem singula singulis Congrué referendo, et nobis Notarijs Infrascriptis, ut publicis personis stipulantibus, et recipientibus vice, et noie omn, et singulorum, quorū Interest, vel Interesse poterit in futurū firma, rata, et grata perpetuó habere, et Tenere, et Inuiolabiliter obseruare, et adimplere, et nunq. Contrafacere, dicere, vel venire, de Jure, vel de facto p se, vel p aliū, seu alios directé, vel Indirecté, tacité, vel expressé quouismodo, causa, vel Ingenio, nec aliquo quesito Colore sub pena Vigintiquinq. millium ducatorum auri,

poena

solemni stipulatione premissa, Cum refectione omnium, et singulorum damnorum, et Expensarum litis, et extra, ac Interessé, in quā penam

5

incidat pars illa, quæ Contrafecerit, et prædicta Integraliter non obseruauerit, et ab ipsa contrafaciente exigi possit, et debeat, et applicari parti obseruanti contra quam esset Contrafactum, et pena soluta, uel non, Nihilominus prædicta omnia, et singula firma perdurent, et Inuiolabiliter obseruentur, Renunciantes partes prædictæ, et quælibet earum in prædictis omnibus, et singulis exceptioni non sic, uel aliter celebrati contractus, non sic uel aliter factorum Capitulorum Conuentionum prædictarum exceptioni doli, mali, Conditione, sine Causa, uel in ex Justa causa in factum Actionis et Exceptioni, quod metus causa, Priuilegio Fori, et omni, et cuilibet alij Legum, et Constitutionum auxilio eisdem quomodolibet Competenti, uel Competituro, et Legi dicenti generalem renuntiationem non ualere sub hyppotheca, et obligatione omnium bonorum præsentium, et futurorum prædictarum partium, et cuiuslibet earum, Jurantes partes prædictæ ad Sancta Dei Euangelia manu tactis Scripturis in Animas Constituentium suorum omnia, et singula suprascripta obseruare, et adimplere, ac obseruari et adimpleri facere bona fide, et sine fraude :// Ad hæc autem omnia, et singula supradicta Venerabiles Viri Domini Joannes de Zucco V. Decanus Ecclesiæ Aquil. et Guarnerius de Arthenea Canonicus eiusdem Ecclesiæ, suetis prius, et celebratis aliquibus Actibus, et solemnitatibus, sicut de Jure requiritur yconomi, Syndici, et Procuratores Constituti à Capitulo prædictæ Ecclesiæ Aquil., prout de prædictis omnibus plené constat publico Instrumento scripto manu Ven. viri Domini Dominici de Glemona Canonici Aquileien. pub. Imp: Notarii sub millesimo Inditione, et diebus in Ipso Instrumento particulariter contentis à nobis Notarijs Infrascriptis Viso, et lecto, Interuenerunt, ac vice, et nomine ipsius Capituli Aquilegien. omni meliori modo, uia, Jure, et forma, quibus potuerunt, et possunt tam de Jure, quam de Consuetudine supradictæ Transactioni, Concordio, et Compositioni pro maiori eius robore, dum asseratur consensum, et auctoritatem suam, et dicti Capituli Interposuerunt, et de nouo

Consensus Capituli Aquileiæ

liber

libere, sponte, et ex certa scientia aduatu, et solemniter interposuit cum omnibus obligationibus, renuntiationibus, et aliis suprascriptis, iurantes in animas suas, et Constituentium predictorum omnia, et singula suprascripta observare, et adimplere bona fide, et sine fraude; Item promisit Prefatus D. Prothonotarius, quod R.mus D. Cardinalis, et Patriarca predicta omnia, et singula ratificabit, et approbabit infra unum mensem, a die, quo premissa ad sua notitia pervenerint computanda per suas patentes literas, aut publicum Instrumentum, Alioquin presens Contractus nullius sit roboris, uel momenti; Voluerunt et et mandarunt, et rogauerunt Partes predicte, et quilibet earum de predictis omnibus, et singulis per me Petrum Ertio, et alios Notarios publicos infrascriptos, et quemlibet nostrum debere Confici unum, et plura Instrumenta eiusdem substantie, et Tenoris, prout fuerit opportunum:

Actum venetiis in domibus Monasterij S.te Marie Cruciferum; Presentibus R.do in Christo Patre D. Martino Archiepiscopo Corsicen. ac Ven. et Religiosis viris D. Petro Boldu S. Marie de Carceribus Priore ordinis Camalduleñ, et fratre Jacobo de Pensio Priore domus sancti Christophori de Muiano ordinis heremitarum sancti Augustini, et fratre Marco Monacho S.ti Michaelis de Muriano dicti ordinis Camalduleñ, et fratre Luca de Pa. dicti ordinis heremitarum S. Augustini, ac D. Petro Baduario q. D. Heremie, ac D. Andrea de Turricellis de Joro semp.e Jur. Utr. Doc. et D. Andrea fr.li de Visinis, Testibus ad premissa Rogatis specialiter, atque vocatis:/

Nicolaus de Varmo Canc.us utriusque Notarius et Coad.r Scripsi et sigillavi:

[illegible]

p.

[illegible]

In Nomine Domini Nostri Jesu Christi Amen.

Post ipsius sacratissimam Ascensionem ad Patrem omnes Apostoli missi sorte per mundi climata se ~~diviserunt~~ ad predicandum verbum, per quod omne genu flectitur celestium terrestrium et infernorum, et in quo salvati sumus dispersi sunt. Et licet Beatissimo Apostolorum Principi Petro data fuisset super universam Ecclesiam ligandi atque solvendi in celo, et in terra plena potestas Spiritus tamen Sanctus ubi vult spirans eundem Apostolorum Principem una cum Coapostolo eius Paulo super quos velut supra firmas bases Ecclesia Dei fundata est Romam deduxit. Ubi idem Apostoli miraculis et doctrinis predictam Ecclesiam sub Nerone sevissimo illuminaverunt. Quorum discipulus Beatus Marcus Evangelista qui ab ore Petri evangelium scripsit ex precepto eiusdem Petri ad urbem Aquilegiam famosissimam caput Italie, Pontificatus ab eodem Petro accipiens baculum predicationis causa venit ubi per plures annos verbum salutis predicans, et affirmans cum Apostolo quoniam hic est Christus, evangelium propria manu scripsit, quod hodie in Aquilegiensi Ecclesia cibus videre volentibus quia bonum lumen sub modio poni non decet sed super candelabrum ut luceat omnibus hominibus demonstratur. Et sic primus predicator in Aquilegia fuit Beatus Marcus Evangelista, qui [illegible]

predicationis sue infinitis populis ad fidem Christi conversis
et iam fundata Ecclesia vultum Petri Magistri sui videre
desiderans, et ire Romam, populum occulte dimittere satage
bat. Sed dei nutu vociferante populo, et petente pastorē
ab ōi turba Beatus Hermagoras in pastorem gregis domi
nici electus est. Tunc dictus Hermagoras iter cum Beato
Marco arripiens Romam pervenit, et á Beato Petro bacu
lum accipiens pontificatus et velamen sacrum suscipiens
protoēpus provincie Italie ordinatur, et super oēs Eccl(esi)as
Italie primatum obtinuit. Et Regressus ipse Hermagoras
ad urbem Aquilegiam, Ecclesiam suam miro comprovens
moderamē seniores et levitas ordinavit quos ad civitates
Italie predicationis officio transmittebat. Tandem XX annorum
ab ipsius ordinatione decurso curriculo, preterminis eius sacris operibus
et miraculis plurimis que in legenda ipsius declarantur sub
Sevasto preside in predicta Urbe Aquilegie Nerone imperatore
gubernante, diversa tormentorum genera cum S(anc)to Fortunato
suo diacono decollatus Aquilegensem Ecclesiam suo martyrio de
coravit: premiserat ad Dominum Beatas S(anct)as Virgines Aquile
gienses Eufemiam Dorotheam Teclam et Erasmam quas pro
priis manibus baptizavit. He Virgines post Christi passionem primum
martyrii palmam immaculato agno sua corpora tradiderunt, que
in Ecclesia Aquilegensi condite plurimis coruscant miraculis.

Huius S. Presulis precibus Aquilegen. Prouintia est ab incursione demonum libera nec aliquis de hac prouintia vbicumque fuerit a demonio vexari potest nec periclitari morsibus scorpionum

Huic Beatiss. Protho Presuli successit Beatus Hilarius Patha qui Populum sibi comissum in fide Cristi verbo confortans et opere exortans ordinationis sue anno X sub Numeriano Principe una cum Tatiano Archidiacono suo et alijs tribus Dyonisio Largio et Felice bonum certamen certantes cursum glorioso martyrio consumarunt — Als Helarus

Hylario successit Crisogonus Patha qui completis annis X sue ordinationis mirifice rexit Ecclesiam — Alias Helaro

Crisogono successit Theodorus Patha qui XI anno ab ipsius ordinatione nitam martyrio consumauit

Post hunc successit Crisogonus Patha qui plenus bonis operibus migrauit ad Cristum post nouem annis ordinationis sue. — Als Crisogonus

Augustus Patha sedit annis XIII

Fortunatus Patha sedit annis XV

Valerianus Patha sedit annis XVIII

Benedictus Patha sedit annis XXV

Alij omnes licet sedi magnis infidelium persecutionibus tamen auxerunt Ecclesiam eorum sacris predicationibus et exemplis

Post hos successit Beatus Romanus Patha doctor mirificus confortator

Gregorij p.e Doctoris Ecclesie et Beati Hyeronimi quem Romanum
idem Hyeronimus natus oppido Stridonis in dominio Ecclesie Aquile
giensis sibi inter viros illustres commemorat et in quadam epistola
sibi scribit: Domino suo Romano Beatissimo Episcopo Aquilegien.
Huius tempore floruit etiam Rufinus Presbiter Aquilegen: doctor
eximius qui librum de historia ecclesiastica composuit et multos
alios de greco et hebraico transtulit in latinum multasque epistolas
direxit Hyeronimo et Hyeronimus sibi. Sedit autem annos XVIII

Tempore Teodosij magni — et plenus bonis operibus migravit ad Christum

Romano successit Augustinus Patriarcha qui post annos XIX sue ordinationis
sua aucto [illegible] dei cum Christo in pace quievit

Adelphus Patriarcha sedit annis VIIII ~~[illegible]~~

Maximus Patriarcha sedit annis XX

Januarius Patriarcha sedit annis VIII

Secundus Patriarcha sedit annis III

Niceta Patriarcha sedit annis XXXII cuius tempore regnante Theodosio
II Augusto circa annum domini CCCCXXV Attila flagellum dei
cupiens sibi Romanum Imperium subiugare et debellatis a Ro-
manis quibus adherebant fere omnes populi occidentis ubi occisi fuerunt
CLXXX millia hominum reversus in Pannoniam et resumptis viribus
iterum intravit Italiam et perveniens in forum Iulij destruxit
omnes munitiones fori Iulij preter castrum Utinense et obsedit Urbem
Aquilegie tribus annis et eidem ubi nunc est castrum Utini pro sui
tuitione manualiter fieri fecit. Tandem pecunijs exigentibus [illegible]

Videns Romanos debel-
lare ad Cathelaunicos
campos pervenit ubi
inter ipsum et Valenti-
niani Imperatoris exercitum
commissum fuit stratagema

Foriiulianum quod nunc Civitas
austrie appellatur

Utinum quam Romani
Ursini tenebant

annorum obsidione infra quo tempus multa millia hostium Aquilejam occisa sunt Aquilejam cepit et destruxit dictum Atilam inhumaniter sequeando. Deinde ad partes alias Italiae progrediens Civitatem Concordiam Altinum quod nunc Taruisium dicitur Opitergium, Patavium et alias multas delevit. Tandem Beati Leonij Papae I precibus idem Atila extinctus est

alii Atila Patav[ium] a Cividato interfecto
deinde peragrans Veronam Vincentiam Brixiam Bergomum Mediolanum Ticinum Concordiam Altinum Taruisium multasque alias Civitates igne et ferro consumpsit

Post Atile necem sedit in Aquilegensi sede Marcellianus Patha anni XXVIII. Huius tempore Zenon Romanum fastigium gubernabat. Odoacer Ruthenorum dux occiso quodam Augustulo qui Romanum Imperium invadere presumpserat Romam ingreditur et totius Italiae per XIV annos obtinuit principatum, quem Theodoricus Rex Gothorum ad Italiam properans cui dictus Odoacer occurit cum innumerabili exercitu juxta Aquilejam in campis Sbirimij debellavit

XXVIIII

fere per novem annos

Post Marcellianum Marcellinus in sedem instituitur Patriarchalem quam rexit anni XV et non modicum tempore Anastasij Augusti reformavit Ecclesiam et Urbem Aquilejensem quam propter invasionem Atilae invenit plurimum deformatam et quasi totaliter destructam

Stefanus sedit anni XII. Hic sub Justino Christianissimo Imperatore et Theodorico regnante in Italia, qui erat Ariana infectus heresi et Arianos protegebat multa pro fide Catholicha perpessus est sed Christo protegente non solum Ecclesiam, sed totam Provinciam a peste huiusmodi liberavit

Macedonius Patriarcha successit vir planus et pius, qui Justiniani Augusti aliis multis temporibus vitam ducens laudabiliter et per provincias Italiae peragrans fratres mirabiliter in Christo confortabat. Tandem post annos

Huius tempore Gothi imperium Italiae [Hostilia] et Dalmatiae occupaverant

XXVI ab ordinatione sua felici pace quievit.

Huic successit Paulus tempore Justini Imperatoris secundi cuius tempore Longobardi Narsete Patricio duce Italiam intraverunt quorum historiam Paulus historiographus scribit, et dicit Longobardi* p° Castrum Juliense depopulaverunt et totaliter destruxerunt. Hic Paulus Patriarcha timore eorundem Longobardorum ductus cum thesauro et reliquijs Ecclesie ad Gradum Insulam se contulit, quam novam Aquileiam appellavit, et ibi XII Pontificatus sui anno vitam finivit

Longobardi

qui fuit natione Civitaten. *

* p° in foro Julij intrantes civit. Austrie que nunc Castrum Foroiuliensium dicebatur.

Probinus Paulo successit qui anno uno apud Gradum vixit

Helias Patriarcha sedit annis XXII. Hic quia tria capitula Cal-cedon. Concilij suscipere noluit tanquam hereticus reprobatus est. sed Pelagius Papa secundus eidem misit epistolam satis utilem, quam Beatus Gregorius dum esset Cardinalis scripsit, tunc Helias ab errore revocatus de predicti Pape Pelagij consensu XX Episcoporum synodum convocavit et Gradensem insulam que ut predictum nova Aquileia appellata fuit totius Venetie instituit esse metropolim, ad cuius robur Tiberius Augustus devotione ductus Beati Marci sedem quam dudum Helena mater Constantini tulerat de Alexandria Aquilegiam direxit ut ibi decentius veneraretur apud Sti Hermacore sedem ubi p° predicaverat verbum Xpti. Venetie quippe due sunt prima est illa que in antiquitatum historijs continetur, que a Pannonie termino usque ad flumen Danuby in qua etiam Istria comprehenditur protelatur. Cuius Aquilegia olim civitas famosa caput extitit, que etiam caput Italie vocabatur. Secunda Venetia est que apud insulas maris Adriatici

Hic fuit ut dicitur eretica pravitate infectus eo qd tria capitula synodi Calcedon. suscipere noluit

ex collectione populorum primarum Venetiarum post vastationem Attilę et deinde Longobardorum intra Aquas fundata est

Severus Patriarcha successit Heliæ apud Aquilegiam novam, et XV annis sedit: quem Smaragdus Patricius volentem Ravennat. Episcopo adherere cum tribus Episcopis de Grado violenter extrahens cum iniuria Ravennam duxit compellens eundem Severum dicto Ravennaten. Episcopo in tribus damnatis capitulis a Papa Vigilio adherere. Sed iusto dei iudicio Smaragdus Patricius a demonio correptus Constantinopolim remeavit. Severus vero expleto anno uno ad Gradum cum tribus Episcopis rediens non est receptus a populis, nec sibi voluerunt alii Episcopi communicare quia errori Ravenn. Episcopi communicaverat. Sed convocata Synodo X Episcoporum in Mariano idem Severus dans erroris sui libellum a Patribus benigne in Patriam receptus est. Episcopi autem qui dictæ Sinodo interfuerunt sunt hi. Petrus de Altino. Clarissimus de Sabione. Angelus Tridentinus. Junior Veronen. Orontius Vincentinus. Laurentius Bellunen. Rusticus de Taruisio. Fonteius Feltren. * Angelus Ceneten. Maxentius Juliens. et Adrianus Polen. Huius etiam tempore saeviente adhuc multitudine Longobardorum et imperante Mauritio Augusto fames maxima et mortalitas in universam Italiam fuit. * Feltrius

Post obitum Severi Joannes Abbas cum consensu Regis et Agenulfi Longi Ducis Foroiuliensium in Patriarcham in Aquilegia veteri ordinatur in Grado quoque Candianus Episcopus Symati a Romanis instituitur. Candiano defuncto apud Gradum Epiphanius non sine Scismate ordinatur et ex tunc caeperunt nominari Patriarchæ Graden. qui Epiphanius erat Primicerius

Agiulfi Longobardorum Regis

In Grado quoque Candiano defuncto ordinatur Epiphanius Primicerius Notariorum et tunc ortum est Scisma et coepit Gradus Patriarcham habere

sub Regno Adalualdi [illegible] filii Agilulfi.

Rot. Romanorum

Anni tribus

Martianus Patha. sedit annis VIIII

Anni IX.
Hic apud Regem Longobardorum familiaris exstitit cui ipse Rex multum fuit benignus et gratiosus

Fortunatus Patha. sedit annis III

Felix Patha. sedit annis XIIII. Hic apud Regem Longobardorum familiaris exstitit, cui ipse Rex multum fuit benignus et gratiosus

Joanes Patha. sedit annis VIIII

Joanes Patha. sedit annis X

Petrus Patha. sedit annis XIII Justinianus secundus huius tempore fuit et universalis synodus apud Aquilegiam celebratur

Serenus Patha. sedit annum I vir bonus et pius ac omni simplicitate praeditus, et ad Christi servitia pronus.

Sereno aliis [illegible]

et nota quod a Severo Patha. usque ad Calixtum qui sequitur Patha. propter incursionem Roman. non audebant stare in Aquilegia sed habitationem sibi elegerant in Cormon *

* Et nota quod Cormons est castellum Aquileg. quamvis Comes Goritie usurpavit sibi

Sublato itaque de medio Patha. Sereno ei succedit Calixtus vir reverendus ecclesia Tarvisane Archidiaconus qui annitente Liutprando

Rege Longobardorum Regimen Ecclesie Aquilegen. suscepit, et eiusdem Regis suffultus favore Ecclesiam strenue gubernavit. Tandem XL ordinationis sue anno feliciter pace quievit in civitate Austrie, cuius corpus sepultus est in Ecclesia Sti Joannis

Et nota quod a beato Hermagora usque ad hunc Calistum Patriarche antiquitus habitabant in Cormono

* Hoc tempore in Castro Foroiuliano quod nunc Civitas Austrie appellatur Pemmo (aliud exemplare melius Pemmo) dux preerat, Calistus vero in Cormons habitabat de voluntate ducum Foroiuliensium. Videntes in Castro Foroiuliano Episcopus instituitur, ipso vero decedente Amator surrogatur et in Episcopum ordinatur. Calistus autem qui erat vir egregius et nobilitate conspicuus videns quod in diocesi sua cum duce, et Nobilibus Amator Episcopus habitaret, et ipse Calistus rurali vulgo societatis vitam duceret motus est ad iram et ostendit quod valde sibi displicuit, et ad predictam Civitatem veniens Amatorem de Episcopio expulit atque demum idem sibi habitationem statuit. Qua de causa magnam inter Calistum Patriarcham et Pemmonem discordia orta est. Quod plura dux Pemmo contra Patriarcham cum multis Longobardis Nobilibus consilium iniit, et apprehensum eundem Patriarcham ad Castellum Duinum supra mare ut ipsum submergeret duxit, quod Deo prohibente non fecit. Tamen ipsum diebus pluribus tribulationis pane in carcere sustentavit quod Rex Luitprandus audiens contra Pemmonem ducem in iram exarsit, et de ducatu deposuit. Pemmo timore Regis in Sclavorum patriam cum suis fugit. Rex vero dicti Pemmonis filios et omnes qui Pemmoni adhaeserant longo tempore carceribus cruciavit. Post hec Patriarcha Civitatem rediens ibi Ecclesiam et Baptisterium S. Johannis atque Palatium Patriarchale construxit, et Regis suffultus favore Ecclesiam strenue gubernavit. Post hec vero XL ordinationis sue anno feliciter pace quievit cuius corpus in predicta quam construxit Ecclesia requiescit.

Pemmonem
Pemmo
Luitprandus
Pemmonem
* Pemmonem et alios deposuit in carceribus et ibi eos longo tempore cruciavit
* suscepit Patriarcham et Ecclesiam in dicta Civitate construxit.

(Totum hoc additamentum habet et in alio MS. Codice, in quo in principio iisdem fere verbis, quamquam non omnino eodem ordine.)

Sigualdus Patriarcha de genere Primoldi Regis sedit annis XLII et prospere Ecclesiam gubernavit

* Hic natione Civitatensis ibi habitavit. Hic spurius Regis fuit

Stus Paulinus Patriarcha sedit annis XV qui [illegible] in regno

Longobardorum, et in captiuitatem ducto Desiderio ipsorum
Rege una cum uxore et filijs ad gloriosum Karolum Magnum
Imperatorem pro iuribus Ecclesie ampliandis* profectus est
et uir iste mire sanctitatis ab Imperatore Karolo priuilegia
ualde pulchra obtinuit, et ueniens in ciuitatem Austrie multis
in uita miraculis claruit et in morte. Cuius corpus in predicta
ciuitate quiescit et ueneratur

* Aquilegien.

Ursus Patriarcha sedit annis V. Hic post recitatam proclamationem
fratre de Grado insula plebe sijnodali iure subiecta Aqui
legien. Ecclesie cum quidam Venerius sibi nomen Patriarche usurparet

Maxentius Patriarcha sedit annis XXVI ad cuius preces
Beatus Eugenius Papa et Lodouicus Imperator ad instantiam
Lotarij filij dicti Lodouici universalem Sinodum Mantue cele
brauerunt, in qua eodem Maxentio proclamante, quod quidam
Venerius falso sibi nomen Patriarche in Grado insula plebe Ecclesie
Aquilegen usurpauerat, et retractata huiusmodi causa, dictam
synodum declaratum fuit Gradum esse plebem sijnodali iure
Ecclesie Aquilegen subiectam deposito Venerio antedicto

Andreas Patriarcha sedit annis X. Hic proclamatione facta de
Grado, Leonem Papam et Lotarium Imperatorem dictam plebem

obtinuit et adiudicata est Plebs Ecclesie Aquilegien in si-
nodo generali

Venantius Patha sedit anni XIII. iii

Zenoinarius Patha sedit anni XXII. hic etiam suo tempore
dicto Lotario et etiam sub Lodouico eius filio Ecclesiam mirabiliter
gubernauit, et pro Gradensi Plebe reclamauit et eam obtinuit
in Papia

Lupus Patha sedit anni iii. hic a predicto Lodouico in
protectionem suam susceptus est

Valepertus Patha sedit anni XXVI. hic Carolum ii
filium Lodouici a Papa Joane VIII coronatum Rome sole-
nauit

Federicus Patha sedit anni Liii. Iste mirabiliter
Ecclesiam Gubernauit. Huius tempore Imperante Carolo iii. Qui dictus fuit Crassus
Hungarorum gens a seruia egressa in Panoniam, que adiungitur
finibus Ecclesie Aquilegien: primitus uenit, et eiectis Auaris ibi
habitare cepit. Erat enim gens crudelissima carnem comedens
humanam, et sanguinem bibens pro potu, quos Federicus Patha

dum hostiliter evens forum Julium ingenti repressit et longius effugavit, redens Hesperie pacem, que caput extat ytalie. super cuius sepulcrum in Aquilegia est Epitafium

Conditur inferius sanctus patriarcha sepultus
Preclarum nomen cui Federicus erat
Hungarorum rabiem magno moderamine pressit
Fecit et hesperiam pacis habere bonum
Egregius pastor mites dum pasceret agnos
utrique — Semper utrique gregi pabula leta dedit
Hunc deus omnipotens proprio ditavit honore
Post hunc — Post hunc Angelicis consociando chorus
Tu quoque precursor Christi Baptista Johannes
Pontifici meritis auxiliare tuis

~~*XXIII~~ — Leo Patriarcha sedit annis XXII* qui pro libertate ecclesie
* [illegible] — se morti exponens, a quodam* [illegible] Longobardo occisus est cuius Patriarchae
bona omnia Ecclesie aquilegiensi confiscata fuerunt, sententiam Principum ut inferius patebit

Qui electus fuit anno domini VIII^c LXXXVII — Ursus Patriarcha sedit annis XXII* [illegible] tempore Berengarii secundi totus virtuosus et prudens pro Ecclesia multum fuit laboriosus et sollicitus. In civitate Austrie* plenus dierum in pace
* et fuit circa annos domini VIIII^c XVIII — quievit*

Lupus Patriarcha sicut in antiquis — Lupus Patriarcha sedit annis VIIII
Cronicis reperitur sedit annos XVI sed non ita reperitur in privilegiis autenticis cum Berengarius III
qui fuit anno domini VIIII^c XXXI multa privilegia concesserit Patriarche [illegible] Ingelfredo nec
non Rodaldo successoribus suis et largas fecerit donationes.

Engelfredus Patha sedit annis XXIII cui Berengarius secundus et postea Otho primus immunitates et privilegia contulerunt. Hic fuit Nob: genere et omni ~~nec~~ probitate conspicuus

Rodaldus a Lmistius Patha sedit annis XXXXII. Nobilis genere et Nobilior mente ab Imperatoribus Othone 2do et 3o: plura privilegia obtinuit; et inter cetera sententiam Principum coram predictis Imperatoribus obtinuit quod inter placitum et sigentiam habebat Rodaldus Longobardus qui Leonem Patham de quo facta est superius mentio interfecit.

Joanes Patha sedit annis XVIII. Hic ab Othone tertio plura privilegia obtinuit et adversus quendam Ursonem qui se Patham Gradensem dicebat coram Beato Henrico Imperatore cuius uxor fuit Sta Cunegundis Virgo, de gradu plebe sua etiam reclamavit. XVIIII

Poppo Patha venerabilis sedit annis XXVIII hic* in duobus conciliis Rome et Ravene celebratis coram Joane Papa XVIIII et magno Conrado Imperatore adversus Ursonem predictum citatum et vocatum per literas Apostolicas, et non comparentem de gradu plebe predicta proclamavit: In quibus conciliis Gradus adiudicata est plebes Ecclesie Aquilegen: et dictum Ursonem omnesque suos predecessores falso sibi patriarchatus nomen usurpasse, eisque procurante omnes thesauri Ecclesie

Viginti quinque
* Cancellarius magni Conradi Imperatoris

Libri calices Paramenta et alia vasa aurea et argentea et Liber seu Evange
lium quod Beatus Marcus Evangelista propria manu scripsit cum
corporibus sanctorum que propter metum Athile metu Longobardorum ad ipsa
[illegible] Gradum insulam deportata fuerant et cum aliis reliquiis ad Aqui
legiensem Ecclesiam reportata fuerunt. Templum de novo construxit
iste Beatus Pontifex et Monasterium Monialium extra muros Aqu
ilegie quod splendidissime ditavit. templum predictum una cum duobus
Romane Ecclesie Cardinalibus et viginti aliis Episcopis solemniter
consecravit cui consecrationi interfuit Conradus predictus Imperator et
Joannes papa duo [illegible] corpora videlicet Marci Pape et Quirini Episcopi
Martiris transmisit tradens eidem Popponi potestatem super 16 Episcopatus
videlicet Tergestinum Cemonensem Polensem Parentinensem Petenensem
Justinopolitanum Concordiensem Cenetensem Feltrensem Bellunensem.
Paduanum Vicentin. Veronen. Tridentinum Mantuanum atque Comaclum
quam potestatem cum certis Regalibus dictus Conradus concessit atque con
firmavit multa bona fecit pro ipsa Ecclesia que narrare singula
nimis longum esset. Aquilegiensi Ecclesia quiescit in medio Ecclesie
in cuius sepulchro hi versus scripti sunt

Post cineres quos habet muros Aquilegia
Argenti
Hoc templum Poppo cepit quod astra petit
Quod dos amissa dabat Conradus a Caesare
[illegible] sub [illegible] cadere [illegible] nota
[illegible] cuncta [illegible] qui claudit [illegible]
Poppo sacerdotes nunc [illegible] fuit

Poppo sacerdotum lux et decus Ecclesiarum
Gloria Romani spes simul Imperii
Constrictus vinculis humane conditionis
Ecce sub hac mole fit cinis ex homine
Instruit ut Paulus fuit omnibus omnia factus
Iure studens domino dupla talenta suo

Hic locus est testis quibus ipse resplenduit actis

Ille quidem doctis moribus atque probis

Exortans istam Christo fundaverat aulam

Ultima principio quae dedit ora suo

In libro vitae duodena parte locatus — Alias ... leno

Agne dei vivi sub te rogo parce iacenti

Eberardus Patriarcha sedit annis V de quo nihil invenitur dicendum

Item XXI Julij factae sunt Treugae inter Utinen. et Foroiulien. et partes ad invicem X dies causa recoligendi Bladum quod in campis erant. Et die XXIII Julij fuit magna tempestas in Utino, et die praecedente fuit magnus imber sive inundatio aquarum. Tunc prorogaverunt Treugas da Ueso in octo diebus et de decem in decem usque ad penultimam diem septembris, et die ultimo septembris Foroiulien. cum quibusdam Ungheris quos proditorie fecerunt venire in terram nostram quia omnis fere patria sperabat pacem habere et nihil dubitabant quin non esset pax. Foroiulien. cum Ungaris illis iverunt ad villam Morteglani et fecerunt magnam praedam, fecerunt villam, fremaverunt et asterunt. Monte Lazeonum devenerunt, et ibi devoraverunt omnia quae spoliaverunt deinde venerunt ad villam Bagnaci, eamque cremaverunt et destruxerunt

omnia quecumque potuerunt et abierunt, et die VIII septembris Ungari iterum venerunt ad portam Utini, que dicitur porta Aquilegie, et multa animalia ceperunt, et ex Ungaris capti fuerunt quamplures et occisi, sed ex Utinensibus quatuor capti fuerunt et unus acriter vulneratus.

Item die XIII octobris exercitus Fraibaben iverunt ad Villam ordinem Jugstanum Bareglianum Selaunichum, et ibi aliqua animalia spoliaverunt et abierunt. Item die prima Novembris treuge facte sunt inter partes per XX dies, et die XXI Novembris expiraverunt treuge et sic ex utraque parte usque ad octo dies supersederunt et non spoliaverunt. Item XXVIII applicuit ad partes Forojulii exercitus Regis Ungarie cum XL milibus quorum ductor sive capitaneus erat quidam Florentinus nomine Pipo.[+] Considerantes autem Utinenses non posse obsistere contra tam multitudinem magnam equitum armatorum proposuerunt fere omnes velle obedire dno Regi Ungarie tanquam Imperatori, et deliberatione facta miserunt solemnes Ambasciatores scilicet D. Michaelem de Rabatto et alios plures ad dictum dnum Pipo et ipse idem dnus Pipo audivit et exaudivit eos, et recepit eos ad obedientiam et facta pax inter omnes partes Patrie Forojulii die VI in die S. Nicolai confessoris cuius nomen sit benedictum in secula seculorum Amen.

+ eodem MCCCCXI Filipus Florentinus cum decem milibus equitum patriam est ingressus cui Utinen obedientiam prestiterunt

Philippum
Philippus

Item die VII decembris venerunt Ungari bene ducenti et imposuerunt vexillum dni Imperatoris super castrum Utini, et posuerunt similiter in castro Utini unum capitaneum videlicet unum Theotonicum nomine Bauhy et reliquerunt eum ibi et abierunt. Nota hic quod antequam appropinquasent gentes dni Regis Ungarie Utinum quod Utinenses miserunt ad Venetos cum Jonisio cum Tristano de Savorgnano ut Veneti subvenirent eis qui responderunt quod non possent eis dare subsidium. Nunc vero redierunt red-

tionem suam fecerunt. Et quia Veneti habebant antea omnia loca et forti-
litia trans flumentum Liquentie et adulatione comparata videlicet totum
Comitatum Foriiuliarum et Bruniere Valvasoni et Spilimbergi sperantes
habere adhuc alia loca terras et castra et fortilitia quecumque essent Ecclesie
Aquilegien. Sed quia Deus resistit superbis et gratiam dat servis suis et hu-
milibus, idem Dominus Rex ipse cum exercitu suo subiugavit sibi et Ecclesie
Aquilegien. atque cum veniret unus Verus Lacha omnes terras omnia
opida castra et fortilitia et omnes obedientiam fecerunt ac similiter obedire
Domino de Ortimburg tanquam Vicario temporali Domini Regis Ungarie [illegible]
veteri promiserunt. Postquam autem recuperaverunt bona stabilia
Ecclesie Aquilegien. progressi sunt ulterius ad partes Venetorum et recepe-
runt multa fortilitia et castra et terras et pertransierunt quamdam
fossam manu factam a Venetis et expugnaverunt et [illegible] pereunserunt
omnes custodientes istam fossam et quia Veneti fecerant fieri eandem
fossam cum magnis expensis dubitantes ideo quod contingeret eis Ungari vero
cum perspicacitate et valore obtinuerunt eorum fortilitia et fortiter mu-
nierunt magna damna Venetis intulerunt.

Hic nota quod Dominus Tristanus sentiens et intelligens populum par-
vum sive magnum volentem obedire Domino Imperatori sicut de iure tenetur
tota patria Foriiulii videns ipse Tristanus quod si ipse permaneret in terra Utini
quod ipse incideret in manus inimicorum eius, et quia nolebat se subiugare
inimicis suis ideo statim a terra Utini recessit V Decembris MCCCCXI
et ivit Savorgnanum et ibi permansit. Post vero paucos dies idem Dominus
Tristanus positus est in exilium cum tota parentela eius a terra Utini
et deleverunt omnia arma eius et insignia et [illegible]

invenerunt vexilla eorum, et voce praeconia ipsum cum parentella
sua proclamaverunt ne unquam aliquis de parentela eius nec ipse deberet
venire Utinum nec aliquis deinde deberet memoriam facere de eo nec con
cordiam quaerere de eo; sed ipse spernendo inimicos suos venit una nocte
ad fossatum Utini die penultima Martii in die Mercurii, tunc et fecit
incidere sive rumpere spaltum, et homines qui intrinsecus erant, silicet
proditores terrae Utini, et dimiserunt eos intus cum omnibus illis qui cum
eo erant, nam enim erant ducenti illi qui cum eo intraverunt. Nondum
erat dies sed a duabus horis et plus, et ceperunt clamare omnes Vivat
Imperator et Comes de Ortimburch et Dominus Tristani de Savorgnano. Isti
autem Utini, tamquam proditores spoliatores homicidae [illegible] qui cum eo ve
nerant ceperunt vocare Petrum Ansum, et omnes quoscumque [illegible] et
surrexerunt multi mechanici, et venerunt cum eo ad plateam clamantes
omnes vivat Imperator, Comes de Ortimburch, et Tristanus. Audientes autem
inimici eius et fere tota populus perterriti est et vix audebant de domibus
exire et fugierunt, et fugierunt quamplures extra terram Utini quam citius
potuerunt, et ipse Tristanus iussit illis qui secum erant quod ipsi irent in do
mos aliquorum inimicorum eius, et auferrent bona eorum, et sic fecerunt
ut mandaverat eis. et fecit venire ad se quemdam Antonium Cohans, et in
terfectus est super plateam Utini. Tandem fecit depingere in una [illegible]
insigne suum et posuit super plateam Utini et fecit custodire plateam Utini
cum armis Balistris Lanceis Scutis cum insignis eius et fecit fieri novum
consilium novos officiales imposuit et dixit quod ipse volebat facere pacem
cum inimicis suis, et quod omnes deberent intrare Utinum, et pacem volebat
habere cum omnibus et venerunt aliqui sed pauci. Postquam autem venerunt

venerunt ad quos dixit eis Scitote quia volo habere pacem cum omnibus et obe
dire Dno Imperatori et eius Vicariis et si non creditis mihi mitam Ungaris duos
filios meos obsides et sic fecit tamen fraudolenter Ungari autem recepe
runt eos in custodiam et habuerunt reservantes eos bene, sed quia inimici eius
insigne ferentes mala a b eo illata non minus provinciales consilium inierunt
in unum et miserunt Iuvenalium ad gentes dni Regis conquerentes super
dictum Tristanum quomodo ipse egisset. Indignati autem Ungari cum caeteris
eiusdem Rubiae Corigulis de tam magna proditione facta per Tristanum omnes
unanimiter dixerunt eamus et terram Utini capiamus et ad Sacomanum
ponamus et omnes proditores et Tristanum occidamus. et venerunt cum
magno exercitu equitum, pedestrium, et curium non remote a terra Utini cu
pientes omnes ponere terram Utini ad Sacomanum. Sed quia Deus non dere
linquit sperantes in eo Utinenses miserunt Nuntios ad illas gentes quae iam
prope terram Utini erant, et pacti sunt ad invicem quod si Tristanus non re
cedat a terra Utini aut quod ipsi tradant eum eis quod ipsi capient terram et
homines, et omnia bona auferent et Tristanum morti tradent. Venientes
autem Nuntii relatione facta dixerunt Tristano quod non poterant ipsum
concordare de proditione facta per eum quod ipse Tristanus audiens haec, et
timens ne incurreret in manibus eorum circa noctis medium exivit de terra
Utini cum quampluribus de terra et ivit Savorgnanum die VIII Aprilis
Boni autem Viri et Nobiles miserunt gentes illas, et responderunt
eis daturos duodecim millia Ducatorum, et Vinum et Bladum et alia
necessaria et sic factum est et venerunt in terram Utini fere ducenti et similiter
omnes qui exierant pre timore terra Utini Anno intravit Tristanus et im
posuerunt Vexillum Ecclesiae Aquilegien super Castrum Utini, et prandiderunt

omnes obedire dno Imperatori et abierunt iterum ad fortilitia eorum que rece-
perant Veneti. et in illis diebus venerunt Veneti cum exercitu suo fere cum
VI milibus volentes similiter recuperare fortilitia eorum et etiam cupientes
et volentes tollere bona Ecclesie Aquilegensis sicut ante fecerunt sed ipsi Imperi-
ales defendentes se viriliter victoriam obtinuerunt quatuor bombardas eis abstu-
lerunt et ductorem seu caput exercitus Venetorum ceperunt et multos alios
captivaverunt et ipsi Veneti terga vertentes transfretaverunt Venetias ibique
auxerunt exercitum suum et iterum remiserunt aliquos ad partes Istrie
ut vastarent villas Olivas et magna damna intulerunt illis de Muglia. Sentie-
ntes hec gentes dni Imperatoris miserunt quamplures Chrovatos? ad Istriam
et ibi vastaverunt in Tripolo et alibi et receperunt multa animalia et magna
damna Venetis intulerunt et reversi sunt ad terram Utini cum prosperitate
et lucro.

Nunc autem revertamur ad facta Tristani. Tristanus videns se ab
inimicis exosum fecit rumpere aquam et non venit aqua ad terram Utini
per octo dies nec poterant molere nec animalia in villa habere ad bi-
bendum. tandem procuratores dni Regis miserunt nuntios ad Trista-
num interrogantes eum cur rumpis aquam terre Imperatoris qui
respondens ait restituant michi Utinum nostrum et nolla et ego di-
mittam eis aquam venire aliter autem non. Audientes autem respon-
sum nobiles omnis patrie turon nec non gens dni Imperatoris et sic
iuraverat omnes et omnibus obstare velle reconquerunt aquam
necessitatis ponentes custodes et stipendiarios ut custodirent aquam si
mittere volunt Strasperani et fecerunt bastias et obsederunt ~~aquam~~ cas-
trum, nec aliquis victus eis inveniretur, quia nec favorem et voce ...

quos remanserunt et quicumque in Castro illo esset si non exiret Tridenum ad
suspendi. Rememorer Tristanus tum exiuit castrum et venit ad Venetias ibique
ordinavit quecumque ceteris interim capti fuerunt in terra Utini quamplures
proditores et suspensi sunt. Tunc venit Tristanus in Forumiulii cum copioso exer
citu Venetorum die XXV Madii cui dux sive capitaneus fuit Karolus Malatesta
de Arimino qui dixit se esse Vicarium Romane Ecclesie et obtinuerunt multa
animalia in patria existentia multas segetes vastaverunt et venerunt ad
Manzanum et obtinuerunt sicut quas fecerant Utinenses et alii patrie pro
defensione et dimiserunt eas et omnibus maris amovendaverunt quos invenis
hostes invenerunt et pertransierunt fere totum forumiulii capientes homi
nes mulieres parvulos quoscumque poterant invenire. Aliquos morti tradide
runt et variis tormentis occiderunt ut numquam fuit auditum ab adventu Attile
usque ad presens ita multa et enormia malla comissa in patria foriulii et
obtinuerunt multa fortilitia et ea multum munierunt victualibus et aliis
necessariis ut fuit sedegianum Marana Belgradum et portum Latisane et crema
verunt multas villas et transiverunt iterum aquam terre Utini et venerunt iterum
ad portum Latisane et ceperunt eumdem locum. Tandem venere in patriam
Mille et ducenti Ungari et primo recuperaverunt aquam terre Utini et
pertransierunt Tulmentum volentes contra inimicos suos debellare. Tristanus
autem remansit in Patria in castris suis cum pluribus de Venetorum gen
tibus et fecit metere segetes annonas conducere in fortilitiis suis et homines
quoscumque poterant capere capiebant et non audebant vix exire extra civitatem
Utini pro timore et ruppit iterum aquam et erat magna penuria aque eo
quod non poterat molere nec animalia habere poterant ad bibendum. Et mox
medium venerunt iterum usque octo millia Ungarorum et mox sunt

multas segetes et similiter spoliabant multos homines et mulieres quoscumque
reperiebant, et dimittebant eos nudos habere nec amicis nec inimicis parcebant
et pertransierunt iterum Tulmentum et pervenerunt ad alios Ungaros. Tristanus
viriliter duxit guerram cum inimicis suis et cum omnibus nominibus totius patriae
Foroiulii. Tandem homines patriae elegerunt cum voluntate et consensu domini Regis
Ungariae unum Baronem Theotonicum, qui dicebatur Dux Tech Ludovicus, et spo
ponderunt velle ei obedire tanquam patriarchae electo sed non confirmato et post confir
mationem sedam in Papa, et bullis obtentis omnes volent obedire tanquam vero
Pastori et Patri; et iste Dux Tech destinavit magnam pecuniae quantitatem Romae
post recessum olim Antonii Gaetani qui resignavit Patriam ut superius mentio
nem feci et fecit dare idem dux eandem pecuniam procuratoribus suis ut pro
curarent pro eo, ut eligeretur in Patriarcham, sed unus illorum procuratorum pro
curavit tantum pro se et fuit Antonius Episcopus Concordien. et electus fuit
idem Antonius ut superius dixi in Patriarcham et ~~qui~~ idem dux amisit pecuniam
suam et quia idem dux inutile ferens iniuriam sibi illatam non cessavit donec
misit Comitem de Ortemburch cognatum suum ad Civitatem Austriae ut superius
declaravi. et anno Domini MCCCCXI resignavit idem Antonius de Portu
gruario officium Pastorale Ecclesiae Aquilegien. et transivit Romam et ibi crea
tus est in Cardinalem Aquilegien.* et vacavit Ecclesia Aquilegien. usque ad elec
tionem istius ducis fere annum unum. sed non vacavit raptoribus et devora
toribus multos enim habuit Patria devoratores qui devoraverunt omnia bona
totius Patriae. Sic fuit Comes de Ortemburch Capitaneus existens in Castro Utini
et multitudo Ungarorum et Venetorum et aliorum praedonum et inquisitionum
quia numquam fuerunt tot latrones in Patria sicut istis temporibus qui des
tructa fuit taliter tota Patria cum Trevisana. Inimici autem Tristani

* Per Joannem XXII Pontificem

precio et pretio magnarum pecuniarum pacti sunt cum quibusdam Ungheris fere
mille qui deberent obsidere Castrum de Arijs quod erat Dni Tristani, et obsederunt
ipsum et nihil potuerunt facere et reversi sunt in terram Utini

Lodovicus Dux de Tech electus fuit in Patriarcham et confirmatus fuit in Concilio Constantiensi
et electus fuit in M·CCCCXIII, et sedit annis VII· Iste habuit guerram cum Dominio Venetorum ex eo
quod ipsum Dominium volebat Dominum Tristanum cum sequacibus suis reducere in domum suam et
volebat quod bona eorum eis restituerentur, et quia Dnus Patriarcha esset amicus amicorum suorum et inimicus
inimicorum et Dnus Patriarcha noluit hoc facere ad contemplationem aliquorum qui habebant bona Dni
Tristani et fratris et sequacium eorum, isto tempore homines S. Danielis fuerunt Clavem
superius et ceperunt Bertrandum et Joannem Antonium eius filium et mala morte eos occiderunt
et corpora ipsius patri combusserunt. Isto dicto tempore Dnium Venetorum habuit bellum et Dnus
Patriarcha ivit in Ungariam et Civitatenses iam concordaverant cum predicto Dominio Venet· et rediens
Dnus Patriarcha cum certis Ungheris fere quatuor millibus venit in Patriam, et ivit in obsidium contra
Civitatem Austriam cum tota Patria sed in Civitatem iam venerant gentes equestres et pedestres
Dominij Venetorum videlicet Thadeus Marchio, et ibi stetit Dnus Patriarcha cum dictis gentibus et tota
Patria diebus XXV, postea recessit propter magnum frigus et nives, et devastata fuerunt Villas
que circumcirca Civitatem Austrie erant et postea dicte gentes reverse sunt in Ungariam et Dnus Patriarcha
cum eis. Demum predictum Dominium posuit campum ad Bratum, et eam habuit cum Castro quod Dnus
Nicolaus et Dnus Joannes de Brata et alij habebant eorum bona sua et habita Brata subito eam
comburere fecerunt, et [illegible] ipsam Bratam [illegible] et sic destructa est Brata et effecta est ...
Item Dnus Tristanus de Savorgnano habuit tractatum cum aliquibus Civibus Utini intrandi Utinum

et una nocte aperta fuit sibi porta S. Lazari et intravit cum gentibus Domini Venet. sed subito populus surrexit et expulit eos de Utino, et ibi interfecti fuerunt aliqui stipendiarii pedestres et suspensus fuit Thomas de Cancellariis, qui de dicto tractatu sciebat, alii autem fugerunt et duravit guerra annis II cum dimidio. Postea Utinenses facta fuit obedientia Serenissimo Dominio Venetiarum ex eo quod Dnus Patriarcha Ludovicus non veniebat ad succurrendum eis, nec mittebat eis auxilium, et ideo ipsos oportuit cum predicto Dominio concordare, et hoc fuit in MCCCCXX die VI Junii, qua obedientia facta communitas Utini misit Ambasciatores octo ad prefatum Dominium ponendo se ac sua in manibus et in gratia predicti Excelsi Dominii Venet. et tunc predictum Dominium eos suscepit et voluit quod ipsa communitas se gubernaret et regeret, prout faciebat tempore Patriarcharum in civilibus tantum, in criminalibus autem noluit quod aliquid faceret propter discordias, quinimo et voluit predictum Excelsum Dominium ut omnia bona predicto Dno Tristano, et fratri, et sequacibus suis restituerentur, cum hoc quod communitas Utini cunctim restitueret pecunias, qui emerant dicta bona, et ita factum est, et sic facta fuit obedientia ipsi Dominio Venet. nemine leso vel mortuo sed pacifice et quiete, et hoc fuit in MCCCCXX die VI Junii et Dnus Tristanus et frater de Savorgnano et eorum sequaces intraverunt Utinum, et habuerunt eorum Bona Stabilia vigore determinationis predicti Excelsi Domini Venet. et tota Patria fecit postea obedientiam predicto Excelso Dominio licet aliqui Castellani ante fecissent obedientiam. Postea venit predictus Dnus Lodovicus Patriarcha in Patriam cum certis Ungaris videlicet quatuor militibus in MCCCCXXXI de mense octobris et accepit Manzanum et Rosacium, et postea fugit propter gentes Dnii Veneti que venerant in Patriam et postea predictus Dnus Patriarcha mortuus est in Concilio Basileensi

Postea factus fuit Patriarcha Dnus Lodovicus de Padua existens Cardinalis per Papam Eugenium IIII sed Dominium Venetiarum noluit sibi dare dictam Patriam usque ad MCCCCXXXXV quo tempore predictum Dominium Venet. dedit ipsi Dno Patriarche Aquilegiam S. Vitum, et S. Danielem cum omnibus introitibus ibi existentibus cum mero, et mixto Imperio, et quinque millium Ducatorum in supplementum dictorum reddituum, et spirituale in tota Patria et sic Dnus Ioannes Zucato Prothonotarius

et Nuntius Dñi Papæ, et Dnus Archiepiscopus Cophien venerunt, et acceperunt possessionem dictorum trium locorum et residuum Patriæ Serenissimo Dominio Venet. remansit. (Hic ponenda esset transactio)

Et successive de tempore in tempus usque Mille CCCCXX pro maiori parte fuerunt guerræ et discordiæ dissentiones et mortalitates tandem Dominio Venet. obtinuerunt Patriam nomine Serenissimi Marci Evangelistæ qui post Patha in patriam suam remeavit mittens suos Magnificos gubernatores qui mirabiliter et sapienter bene gubernant et defendunt nos a blandimentis noxiis

Fuimus in pace X annis scilicet usque MCCCCXXX tunc venit Dnus Pathā cum XII millibus Ungarorum ad Rosacium, et ceperunt Rosacium et Manzanum et fecerunt campum prope aquam fluminis Natisonis et aliquando currebant villam damnificando robando et rapiendo homines et aliquando currebant prope Utinum non multum a longe, et si quos inveniebant rapiebant eos et illi qui erant Rosacium et Manzanum volentes defendere incidebant manus unicuique quolibet eorum et Dñi Nostri Veneti fecerunt venire in Utinum VI millia equitum armigerorum et multas gentes de Trivisana et aliquando exibant et rapiebant de Ungheris et ducebant in terram Utini et vendebant eos stetit campus ibi ad Manzanum et duos menses et supervenit imber et de mense novembris recesserunt ad partes suas insalutato hospite tunc omnes de Patria simul et pariter cum voluntate Dnij Venet prostraverunt Manzanum ad terram in ruinam

Et ex post fuimus in pace usque in MCCCCLXV et in eodem millesimo ceperunt guerras antea fuissent discordiæ inter Triestinos et illos de Mugla, et de Capodistria Tandem dominium Venet. elegerunt multas gentes de patria et armigeros et multi Balestrieri de navibus et de contra circa Venetias et posuerunt campum ad Tergestum a terra et a mare ubi steterunt aliquod tempus et multa mala intulerunt super Tergestum et gentes eorum tandem facta fuit pax inter Dominium Venetorum et Tergestinos propter quod Dnus Papa Pius etiam faciebat guerram cum Dominio Venetorum super Dominio de Rimano qui adhærebat Dominio Venet. tunc tempore Dnus Jacobus Mauroceno Locumtenens in Patria et provisor in campo a terram et Dominus Vitalis Lando provisor in mare in tantum quod habuissent Tergestum si Dnus Jacobus Antonius voluisset facere quod poterat quia habebat unum filium in Tergesto qui erat Banditus de omnibus terris et locis Dnij

ideo non obtinuerunt Pergessum et inter paucos dies facta fuit pax etiam inter Papam et Dnum de Arimano.

In isto tempore fuit Patria Dnus Lodovicus de Padua et in Romana curia fuit residentia sua cui dominium Venet. dabant VI milia ducatorum, et Dominium Aquilegiense, et Sti Dni etiam et Sti Ittum ultra Pagamensum

Defuncto dicto Dno Patria sub Paulo Papa suo qui in se retinuit aliquod tempus dictum patriarchatum post factus est Patria Revdmus Dnus Marcus Barbo Venetus morans in Roman tenens Revdum Dnum Episcopum Belenen et suum Vicarium in Patria guvernans oves suas et a lupis defendens

In MCCCCLXX de mense septembri fuit in die Beate Virginis Turci curerunt Patriam et rapuerunt multas gentes de Capodistria, et de Mugia de Triesto, et multi de corso adduxerunt in predam in partibus eorum quasi quatuor milia virorum quia fuit tempore Vindemiarum quia multas gentes erant ad colligendum Uvam, et dicti Turci venerunt tanquam Latrones et fures currentes usque ad Portanum super Aquam Lizonti et si non fuisset magna profunditas Aque Lizonti incurisent in partibus citra Lizontium et recesserunt cum preda in partibus Bosnie ibi comorantes pro maiori parte aut de consensu Regis Ungarie aut ... quia dictus Rex factus est inimicus Illustrissime Reipubliche propter pecuniam

In MCCCCLXXII die Jovis et multi de Bosnia ... et alie pessime gentes tempore vindemiarum intraverunt Patriam a parte superiori Portanum tanquam latrones et fures et currentes Villas, ... cremando et interficiendo homines, et mulieres secum adducendo discurrentes prope Aquilegiam et usque ad Tomons hinc inde in multis locis, et aliqui pauci currerunt usque in Pocenines in pertinentiis burgi Aquilegie et usque in Tabernam Ville de Bagnaria, et recesserunt et adduxerunt multos in predam super Paludem montis Falconi noctes ... et post recesserunt a parte inferiori montis Falconi cum preda eorum, et cum eorum exercitu qui erant circa octo millia ut asserebatur ... de Monte Falcone. Et cetera ommittuntur quia non pertinent ad seriem Patriarcharum.

42

Brevi preliminari
alla soppressione del Patriarcato d'Aquileja
1750

(a) Piano del Breve della Fondazione del Vicario Apostolico in quella porzione di Diocesi d'Aquileja che è a parte Imperii

I. Che uno de' principali disastri che ritrovammo nel principio del Nostro Pontificato, e che pur anche va proseguendo fu, ed è lo scompiglio in cui si ritrova la parte della Diocesi d'Aquileja situata fra i confini del Germanico Impero, avendone pur troppo avute, e continuando ad averne sicure contezze, dalle quali risulta il grave disordine in cui si ritrova il governo spirituale con inconsolabile detrimento di quell'Anime.

II. Avere Noi molto bene conosciuto, che l'origine del gran male deriva dalle antiche e gravi controversie per anco viganti fra Principi Austriaci e la Repubblica di Venezia sopra il jus d'eleggere, presentare e nominare il Patria d'Aquileja, e sopra pure altre pendenze.

III. Che sin dal principio del nostro Pontificato non lasciavamo di porre ogni nostra attenzione per ritrovare un compenso interno in vigore del quale si provedesse al governo spirituale di quelle Anime, giacchè vedemmo, che non era possibile di torre nelle circostanze, nelle quali eravamo, l'origine di tutto il male col decidere la gran controversia sopra il jus di eleggere, presentare, e nominare il Patriarca d'Aquileja, per lo che per molti anni abbiamo trattato a dirittura qui in Roma coi Ministri della Corte di Vienna, e della Repubblica di Venezia, ma senza aver potuto conchiudere cosa veruna, ancorchè il rimedio da Noi proposto fosse in tutto e per tutto ragionevole.

IV. Che essendovi stata ne' tempi addietro una specie d'amichevole composizione fra la fel. mem. del Card.le Sebastiano Antonio Tanari quando era Nunzio in Vienna, e la fel. mem. del Card.le Giovanni Delfino Patriarca d'Aquileja, questa la quale per lo spazio di molti anni s'è regolato benchè con poca felicità il governo spirituale della Diocesi d'Aquileja situata fra i confini del Germanico Impero, ed essendoci stato rappresentato, che in avvenire non poteva assolutamente la d.a convenzione essere eseguita, siamo stati necessitati ad un altro temperamento, che è stato di commettere al Ven. Fratello Arcivescovo di Patrasso n.ro Nunzio e della S.ta Sede Ap.lica in Vienna il regime delle Anime della Diocesi d'Aquileja a parte Imperii da esercitarsi anche pel mezzo de' Vicarii Foranei con questo però, che quanto andava disponendo o facendo non tralasciasse riferirlo a Noi come puntualmente ha fatto per riceverne gli ordini Nostri, ed eseguirli e nel Breve speditogli fu inserta la clausola che questa di Lui commissione dovesse durare in Lui, e ne' suoi successori ad n.rum, et Sedis Ap.licae beneplacitum, che s'intendesse fatta senza pregiudizio delle ragioni dell'una e dell'altra parte tanto in petitorio quanto in possessorio sopra le accennate controversie viganti, e che con ciò non s'intendesse mai, che a Noi, o a N.ri successori restasse impedito il poter giudicare sopra la gran lite dell'elezione, presentazione, o nomina al Patriarcato d'Aquileja, e sopra ogni altra pendenza.

V. Che avendo anche pur troppo veduto, che quest'ultimo sopradetto

rimedio pensato, et additato da Noi nelle angustie, nelle quali ci ritrovammo non partoriva quell'effetto ch'erasi sperato, cioè che i Popoli situati nella Diocesi d'Aquileja parte imperii fossero ben governati nello spirituale, imperocchè non potendo il Nunzio di Vienna assente dal luogo restar informato de' fatti e de' bisogni, che per altrui relazione, et essendo preciso l'intervallo di qualche tempo acciò da Roma si mandassero al Nunzio le risposte sopra gl'affari, che esso proponeva, tuttociò snervava la efficacia del provedimento ne' casi almeno presentanei, che per lo più sogliono succedere, ed essendosi per misericordia di Dio aperta la strada a riporre sul Tavoliere l'antico nro progetto di sopra accennato, di cui ora parleremo, siamo risoluti coll'ajuto divino d'eseguirlo per non essere rei al Tribunale di Dio di una cotanto grave omissione.

VI. Che essendo in simili contingenze l'usitato, e più efficace rimedio, che in nulla offende le ragioni delle parti collitiganti quello d'un Vicario Apostolico risedere nel luogo col carattere di Vescovo in Partibus, che in Nome e coll'autorità del Sommo Pontefice deve governare et adempire non solo ciò che riguarda la Giurisdizione, ma ciò ancora, che appartiene alla potestà dell'Ordine, e che essendo sempre stata la nostra idea da quel tempo, in cui incominciossi a disporre di questa materia sino al giorno presente, determiniamo colla pienezza della nostra autorità, che di qua in avvenire il governo spirituale della parte della Diocesi d'Aquileja situata nel Territorio de' Contadi di Gorizia, Gradisca ed altri luoghi situati nella Stiria, Carinthia Carniola, Tirolo, sia amministrato da un Vicario Aplico insignito come sopra col carattere di Vescovo in Partibus, e che in Nome, e colla autorità del solo Sommo Pontefice eserciti il suo governo, aggiungendo le seguenti condizioni. Prima. Che la deputazione si faccia con la solita clausola ad Nostrum, et Sedis Aplicæ bene placitum, per poterlo rimovere quando vi concorresse una giusta e legitima causa di rimoverlo, nel qual caso però quando mai succedesse, debbasi sempre venire alla deputazione di un altro Vic.° Aplico dotato dell'accennate qualità, e colla stessa clausola Ad Nrum, et Sedis Aplicæ bene placitum, acciò i fedeli di quelle parti non restino senza il loro superiore spirituale. Seconda. Che la deputazione del Vic.° Aplico in qual si voglia caso si faccia debba sempre farsi d'una Persona grata al Sovrano de' Luoghi ove deve esercitare la Giurisdizione. Così Noi faremo sinchè piacerà a Dio di tenerci in Vita, et insinuamo a Nri successori il fare lo stesso, acciò il governo del Vic.° Aplico sia pacifico e giovevole. Terza. Che dalla presente successiva deputazione di Vicarii Aplici non s'intenda mai recato verun minimo pregiudicio alle ragioni dell'una, e dell'altra parte, o in petitorio o in possessorio rispetto alle pendenze vigenti, e specialmente a quella dell'elezione, presentazione, o nominazione del Patr.a d'Aquileja. Quarta. Che non ostante la deputazione da farsi del Vic.° Apostolico n'intenda mai rinchiuso l'adito a Noi, o a Nri successori di poter decidere una volta le accennate controversie, non avendo questa Nrā presente risoluzione altr'oggetto, ne altra mira, che il prevalersi della pienezza della Nrā autorità in beneficio delle Anime, che

ora pur troppo sono quasi abbandonate, e che avrebbero continuato nel predetto miserabi=
le stato sinchè si fosse posto termine alle controversie poc'anzi divisate, se non si fosse
posto mano a questo espediente.

VII. Et acciò nulla manchi al Vic.o Ap.lico, che sarà deputato da Noi, o da n.ri
successori per poter perfettamente adempire il suo Ap.lico Ministero diamo ad esso,
ed a suoi successori decorati come si è detto del carattere Vescovile in partibus, la
Facoltà d'amministrare il Sacramento della confermazione in tutti i luoghi della
Diocesi d'Aquileia a parte Imperii, di conferire a commessi alla sua cura tanto se=
colari, quanto Regolari gl'Ordini minori e maggiori, et anche il sacerdozio, osservate
le Regole prescritte da Sacri Canoni e dal Sacro Concilio di Trento, et anche agli
esteri o Secolari, o Regolari, purchè gli esibiscano le lettere testimoniali e dimisso=
rie da loro Ordinarii, di poter dirigere le sue lettere dimissorie ad altri Vescovi, acciò=
chè diano a qualche suo suddito gl'Ordini maggiori o minori, o di poter anche invita=
re qualche Vescovo nel caso di qualche suo impedimento a venire a far la Cre=
sima, o l'Ordinazione nella Diocesi a parte Imperii de Fedeli, o Chierici in essa a=
bitanti.

VIII. Diamo ad esso, et a suoi successori la Facoltà di benedire i Predicatori
di esaminare et approvare i Confessori tanto de' secolari, quanto delle Monache ben=
chè sottoposte alla giurisd.e de Regolari giusta il tenore delle Ap.liche Costituzioni;
volendo però, che se vi sono Monasterii di Monache immediatamente soggette
alla Sede Ap.lica, e governate da Ap.lico Delegato si osservi puntualmente, e man=
tenga quanto ne' Monasterii a lui commessi il Delegato Ap.lico può fare in vigo=
re della sua Delegazione o di antica consuetudine non intendendo Noi di recar=
gli alcun pregiudicio con quanto poc'anzi abbiamo detto e con quanto anche po=
co dopo diremo in Ordine alla giurisd.e del Vic.o Ap.lico sopra i Monasterii delle
Monache benchè sottoposte ai Regolari, di poter consecrare calici, e Patene di po=
ter commettere a semplici sacerdoti il benedire le sacre suppellettili, nelle quali non si richie=
de la sacra Unzione, di poter consecrare i sacri Ogli, reconciliare le chiese pollu=
te, consecrare gli Altari, et anche le chiese, di poter spedire le lettere Monitoria=
li in forma significativa pro rebus deperditis, seu furto sublatis, osservato però il te=
nore del S.o Concilio di Trento, e della Costituzione di S. Pio V. di poter eseguire ciò,
che gli sarà commesso dalla Sede Apostolica, ancorchè si tratti di dispense matrimo=
niali e di potere, o per se a dirittura o nel mezzo de' suoi sacerdoti idonei che
dovrà uno da esso deputarsi, assolvere nell'Atto della Sacramental confessione, e
nel solo foro della coscienza dalla Eresia estrinseca i Diocesani d'Aquileia a
parte Imperii purchè non siano denunziati, o recaduti, e ciò per lo spazio di tre
Anni, da che il Vicario avrà assunto il governo spirituale, passati i quali do=
vrà ricorrere alla Sede Ap.lica per avere le proroghe.

IX. E perchè oltre le predette Facoltà altre pure sono necessarie nel Re=

gime ecclesiastico, et oltre la giurisdiz.e volontaria fa di mestieri la coattiva, alle facoltà sopraccennate aggiungiamo quella di fare il Sinodo, di far la Visita della Diocesi giusta il prescritto del S.o Concil. di Trento, e così delle Chiese, de' Luoghi Pii, Monasterj delle Monache, et anche delle esenti, e sottoposte ai Regolari, in ciò però che riguarda la Clausura, e gli altri casi espressi nelle Antiche costituzioni di poter entrare ne' Monasterj non solo nell'occasione della visita, ma in qualunque altro caso espresso nei S. Canoni, di poter dare licenza ai Ministri necessarij per d'entrarvi osservate le dovute cautele prescritte dai Decreti Ap.lici, d'interporre la sua autorità nell'erezione, e costituzione de' Beneficj ecclesiastici, e fondazione de' Patronati, e esaminare, et approvare i nominati da Padroni per la cura delle Anime, intimare, e fare i Concorsi alle Chiese Parocchiali di libera collazione dando il magis dignum a chi esso per conscienza crederà più degno, d'interporre altresì la sua autorità nelle Locazioni enfiteutiche, alienazioni, permutazioni di beni e beneficij ecclesiastici secondo la forma de' Sacri Canoni, e Costituzioni Ap.liche riservando però a Noi, et a N.ri Successori il dare l'istituzione autorizabile ne Beneficij Curati, o Padronati, o liberi, come pure la collazione de beneficij semplici e canonicati ancora d'Aquileja in tutti i mezzi Vescovili et Ap.lici sinatanto che sarà dichiarassi sopra questa materia dell'instituzione e collazione coll'Ap.lica autorità, o da Noi o da N.ri Successori altro provedimento.

X. E quanto alla coattiva diamo al futuro Vic.o Ap.lico, ed a tutti i suoi successori la facoltà di aprir Tribunale, di poter constituire Giudici, Consultori, Vicarij Foranei, Attuarj, Promottore Fiscali, et ogni altro Officiale colla libertà di poterli rimovere, e sostituire altri in loro vece, di poter giudicare o per se o per altri le Cause Ecclesiastiche, et anche le Matrimoniali, et ogni altra, che de jure, vel de consuetudine appartenga alla curia ecclesiastica, di poter procedere contro i delinquenti, sospenderli, castigarli con Multe ecclesiastiche da applicarsi ai Luoghi Pii, e con ogni altro castigo Canonico, di poter riservare a se la moderazione, o mitigazione delle pene, o sentenze, di poter in caso di contumacia aggravare, o riaggravare, e finalmente di poter procedere anche contro i Regolari come Apostolico Delegato in tutti i casi espressi nel S.o Concil. di Trento, e nelle Antiche Costituzioni. E finalmente diamo al Vicario Ap.lico tutte le facoltà tanto dell'Ordine, quanto della Giurisdiz.e nel suo Vicariato, che competerebbero al Patr.a d'Aquileja, o potrebbero ad esso competere de jure, vel consuetudine come Vescovo, et Ordinario de' detti Luoghi.

61 Breve Apostolico di erezione del Vicariato Apostolico a parte Imperii della Diocesi d'Aquileja, di cui il precedente scritto è un Transunto.

Benedictus Papa XIV ad perpetuam Rei memoriam.

Omnium Ecclesiarum sollicitudinem una cum Aplicâ S. Petri Sede, et cum Potestate D.N.J.C. in Terris Vicaria tenuitati nostrae impositam agnoscentes, quam nobis ignorare non licet quantis jamdudum inordinationibus cum Animarum detrimento subjaceat ecclesiastici regiminis ratio in pluribus nec ignobilibus, nec inferioribus locis temporali Austriacae domus dominio subiectis quae Aquilejensis Dioecesis partem constituunt ob publicas, graves atque notorias dissensiones, quibus adhuc nulla a Praedecessoribus Nris, aut a nobis ipsis remedia utilia praestari potuerunt. cumque etiamnum experientia compertum sit, varia ad hunc diem excogitata consilia, et adhibita temperamenta ad consulendum earum Animarum gubernio pariter inutilia fuisse, jamque satis constet nihil in ea re profici posse, nisi in praedictis locis ecclesiasticus superior constituatur, qui ibi residendo Nra, et Aplica huius sedis auctoritate Animarum regimen gerat sine praejudicio jurium partium dissentientium tam quoad possessorium quam quoad petitorium post diuturnum et maturum rei examen omnibus rite perpensis in hanc sententiam, consiliumque devenimus, ut auctoritate nobis a Deo concessa utamur ad removendum a Nobis tantae, ac tam enormis culpae reatum, neglectae scilicet curae, et regiminis tot millium animarum, quae a tanto jam tempore veluti desertae, sine Pastore vivere dignoscuntur. Quapropter usitatum in similibus remedium, sive temperamentum et ad optatum finem satis efficax, et nullo contendentium juribus praejudicio futurum, eligentes Nro motu proprio, et certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine statuimus, atque decernimus ut ea pars Dioecesis Aquilejensis, quae temporali Austriacae domus ditioni subest per unum Vicarium Nrum Aplicum in spiritualibus gubernetur. Et quoniam licet Nos ad impetrandum praedictarum dissensionum finem enixas Potenti Deo preces fundere non omittamus, adhuc tamen veremur, ne peccatis nris obsistentibus earum terminus longius protrahatur, ideo ea omnia, quae hujusmodi Vicariatum in genere concernunt praesentium tenore constituere necessarium, et opportunum censemus; reliqua deinceps quae pertinent ad facultates ipsi Vicario a Nobis deputando, ejusque successoribus forsan in futurum similiter deputandis impertiendas, distinctius exprimenda reservantes aliis nris litteris addituri sumus. Quod itaque deliberato rerum ordini convenire, et congruum respicimus, omnia, et singula praecedentibus temporibus capta temperamenta abrogantes, et irritantes decernimus Primo, et statuimus eam Aquilejensis Dioecesis partem, quae sub temporali Austriaca ditione constituta est ab uno Aplico Vicario, ut praefertur in spiritualibus regendam, et gubernandam fore. Secundo. Volumus, et statuimus,

2

huiusmodi Vicarium ad tractus praedicti regimen Aplicā auctoritate pro tempore deputandum, episcopali charactere insignitum esse cum titulo alicujus ecclesiae in partibus Infidelium sitae, et in singulis personarum mutationibus de more variandae. Tertio eundem Vic.um in loco praedicti ditionis illius spirituali regimini committendae, residere debere, et ibi ea oīa tam quae ad Ordinem, quam quae ad jurisdict.em pertinent fructuose exequatur quaecunque a Patha Aquilejensi tanquam praedictorum locorum Austriacae ditionis Ordinario, si ipsi in eisdem locis actu permissum esset jurisdictione sua uti, fierent, et exercerentur. Quarto. Quaecunque per Vicarium hujusmodi praemissum fient, ea omnia Nrō et successorum nostrorum nomine, et hujus Sedis Aplicā, auctoritate facta intelligi debere. Quinto. Deputationem hujusmodi Vicarii tam per Nos, quam per Successores nrōs quomodocunque faciendam semper fieri de persona accepta, et minime suspecta supremo Territoriali Principi eorum locorum, in quibus delegatam sibi jurisdictionem exercere debebit, quod quidem a Nobis praestabitur quoties hujusmodi Vicarii deputatio per Nos fieri contingat, et ut a successoribus Nostris Rom. Pontificibus similiter fiat, Nos ipsi praesentium tenore quantum in Nobis est, magnopere suademus, quo scilicet Vicarius ipse pro tempore constitutus tranquillae muneris sui administratione cum populorum utilitate potiatur. Sexto. Volumus, et statuimus, hujusmodi Vicarii deputationem semper fieri cum consueta clausula Ad Nrūm, et sedis Aplicā, beneplacitum, ita tamen ut cessante Vicarii deputatione sive per obitum, sive per cessionem aut remotionem ipsius deputati antequam terminus praedicti Vicariatus advenerit, alter Vicarius similis praedicto termino durante in defuncti aut cedentis, sive remoti locum subrogari debeat, servatis aliis omnibus, quae supra diximus, in huiusmodi Vicarii deputatione servanda fore. Septimo statuimus, et decernimus, praedictorum locorum regimen per Vicarium Apostolicum tandiu administrari debere, seu tamdiu in his partibus Vicariatum Apostolicum perdurare, donec a Nrā aut successorum operā finis impositus fuerit urgentibus dissensionibus, propter quas Aquilejensi Patha praepeditur Jurisdictionis ordinariae exercitium in eam Dioecesis suae partem, quae Austriacae ditioni subest, vel donec eisdem etiam dissensionibus nequaquam extinctis opportuna aliqua ratio communi partium consensu, nrā, aut successorum approbatione iniri valeat, per quam Ecclesiastici Superioris ibidem residentis regimen Animarum Fidelium in praefatis locis existentium necessitatibus consulatur, quod unum, nempe in hujusmodi Aplicō Vicariatu, ut praefertur, construendo nobis propositum fuisse, iterum profitemur. Ultimo loco decernimus et declaramus, quaecunque de Aplicō Vicario a Nobis, et Vicariatu praedictis statuta sunt, et statuentur, sine ulla tam Unius, quam Alterius partis praejudicio, et salvis omnibus earum juribus tam in petitorio, quam in possessorio statuta sunt et ordinata intelligi debere. Et quoniam praemissa oīa frustra statuta viderentur, nisi certus intra memoratae Regionis tractum praefigeretur locus, in quo Aplicus Vicar-

rius ad exequenda munera sibi demandata residere debeat, et nisi saltem ipsius Vicarii
pro tempore deputandi sustentationi consulentur. Nos eorundem praesentium tenore, et
auctoritate praefata statuimus et mandamus, ut idem Vicarius, ejusque successores quo=
cunque deputandi in Civitate Goritiae praefatae Dioecesis Aquilejensis residere de=
beant et habitare in Aedibus, quas pia liberalitas q[uonda]m Augustini Codelli nuper de=
functi et quidem domestica suppellectile instructas una cum adnexo viridario et
propinquo Vineto sub Arce ipsius civitatis posito, et cum oratorio, seu capella
eisdem aedibus adjacente; pro Vicarii Aplici sustentatione certos fundos a prae=
dicto pio Benefactore plenario assensu nostrae carissimae in Xpo Filiae Nrae Ma=
riae Teresiae Ungariae, et Bohemiae Reginae illustris in Romanorum imperatri=
cem electae, cessos et elargitos; aliaque bona a quodam Vito Gulino relicta
attribuimus, et assignamus juxta ea, quae in mandatis dabimus Aplico executo=
ri ad praemissorum effectum per nos deputando, coram quo verificari, et in for=
ma ipsius valida constabiliri debebunt quaecunque pertinent ad designatam
praefati Vicarii habitationem, et redditus pro illius sustentatione attributos. Prae=
sentes demum litteras, et in eis contenta, et statuta quaecunque etiam ex eo quod
quilibet in praemissis, seu in eorum aliquod jus, seu interesse habentes, vel habe=
re quomodolibet praetendentes cujusque status, gradus, ordinis, ac conditionis, prae=
eminentiae ecclesiasticae, aut mundanae dignitatis existant, etiam specifica, et in=
dividua mentione, et expressione digni illis non consenserint, nec eorum aliquos
ad ea vocatos, et auditos neque causas propter quas praesentes emanaverint
satis verificatas, aut justificatas fuisse dici possit, aut ex alia qualibet etiam
juridica et privilegiata causa, colore, praetextu intentionis Nrae, aut interesse ha=
bentium consensu aliove quolibet defectu notari, seu eorum obtentu impugnari,
aut in controversiam vocari posse, sed tanquam pro Nri Aplici muneris imple=
mento ad promovendam Animarum salutem, et spiritualem Fidelium in prae=
missis locis degentium utilitatem, plurimosque et abusus perniciosos remo=
vendos, ut praefertur, ac motu, ac auctoritate factas et emanatas omnimoda
firmitate validas, et efficaces existere, et fore, suosque debitos effectus sortiri,
et obtinere, et illi ad quos spectat et pro tempore quoscunque spectabit ple=
nissime suffragari, ac respective ab his, ad quos pertinet, et in posterum pro tem=
pore in omnibus, et per omnia inviolabiliter observari volumus, et auctoritate
praedicta statuimus, et decernimus. Sicque, et non aliter per quoscunque
Judices ordinarios, et quacunque etiam auctoritate Aplica delegatos, etiam
S. R. E. Cardinales de latere Legatos, et Aplicae Sedis Nuncios, aliosque quosli=
bet, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et statuendi auctorita=
te, et facultate, judicari et definiri debere, et irritum, et inane, si secus su=
per his a quocunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari non obstantibus
Nra, et Cancellariae Aplicae regula de jure quaesito non tollerando aliis Apo=

stolicis, seu in Universalibus, Provincialibus, et Synodalibus Conciliis, Editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quibusvis etiam Aplicâ Sedis tolerantia, seu expressa confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis usibus et consuetudinibus etiam immemorabilibus privilegiis, indultis et litteris Aplicis cuilibet eccliæ aut quibuslibet personis quacunque ecclesiastica, vel mundana dignitate fulgentibus etiam specifica, et individua mentione dignis sub quibuscunque formis, et verborum tenoribus etiam motu simili, et de Aplicâ potestatis plenitudine, seu consistorialibus, aut alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, et emanatis ac pluries confirmatis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua mentio, seu quævis alia expressio ad id servanda foret, illarum favores, formas, causas, et occasiones præsentibus pro plene et sufficienter expressis, et exactissime servatis, et specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat, ad præmissorum effectum plenissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris.
3. Kal. Decembris MDCCL. Pontificatus Nostri Anno X.

Observationes circa præsentem Bullam sive
Piano confidenziale

1. L'espediente d'erigere un nuovo Vescovato a parte Imperii non si è potuto ammettere, perchè ciò non averebbe tolto la controversia circa il jus della Nomina al Patriarcato d'Aquileja.

2. Non si è dato al Vicario Aplico il titolo di Arcivescovo in partibus, come si bramava, ma si è stato di dargli un titolo di semplice Vescovo, acciò non gareggiasse col Patriarca d'Aquileja, che in sostanza non è, che un Metropolitano col titolo decoroso di Patriarca.

3. Nella Clausola generale che doppo enumerate le specie si mette ne Brevi de Vicarii Aplici di poter fare nel suo Vicariato tutto ciò che il Patriã d'Aquileja avrebbe potuto fare de jure, vel de consuetudine ne predetti luoghi si sono aggiunte le parole come Vescovo ex Ordinario de detti luoghi, senza le quali averebbe forse preteso il Vicº di poter fare ne detti luoghi ciò, che in essi averebbe potuto fare il Patriã come Patriarca, cioè ricevere le appellazioni de Suffraganei, il che sarebbe stato un danno troppo grave al jus Metropolitico.

Si osservi finalmente tutto il piano del Breve, e si vedrà con quanta attenzione si è procurato di non recare alcun pregiudicio ai diritti dell'Inclita Repubb.ca di Venezia, ed anche dello stesso Patriarca d'Aquileja, chiamando Dio in testimonio di non aver avuto, ne averne in questo affare altra mira, che di provedere alla salute delle Anime per la fatalità de' tempi abbandonate, et alle quali non si è potuto assolutamente provedere con altro modo efficace, e meno nocivo agli altrui interessi, che col presente.

29

Bolla

di Soppressione del Patriarcato d'Aquileja

1752

Benedictus Episcopus Servus Servorum Dei
Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Suprema dispositione, cujus inscrutabili Providentia ordinationem suscipiunt Universa, super eminenti Apostolicæ dignitatis specula meritis licet imparibus constituti, illiusque vices in Terris gerentes, qui gloriosus regnat in Cælis inter ceteras curas muneris nostri incumbentes illam libenter amplectimur, per quam nostrum provisionis ope insignes Collegiatæ Ecclesiæ, præsertim in Civitatibus Nobilibus, populisque frequentia conspicuis dignioribus titulis scilicet Metropolitanarum Ecclesiarum illustrantur et condignis favoribus attolluntur. cumque id statui et decori ecclesiarum ipsarum maxime congruas, et Nos pro divini cultus augmento, et speciali Xpifidelium consolatione convenire conspicimus, in his solicitudinis Nostræ partes favorabiliter interponimus, ac opem et operam nostras impendimus efficaces, ut illæ per nostræ vigilantiæ ministerium votivis gratulentur affectibus et felicia in spiritualibus suscipiant incrementa. Sane cum Nos aliàs et nosquam non sine animi nri majore acceperimus quantis jamdudum ex notoriis dissidiis cum Animarum detrimento subjacerent inordinationibus Ecclesiastici Regiminis ratio in pluribus nec ignobilibus, nec infrequentibus locis Temporali Austriacæ Familiæ dominio subjectis, quæ Aquilejensis tunc Diœcesis partem constituebant ob publicas graves, atque notorias dissensiones, quibus catenus nulla a Prædecessoribus Nris, aut a Nobis ipsis remedia utiliter præstari potuerunt; ac etiam experientia compertum esset, varia ad eam usque diem excogitata consilia, et adhibita temperamenta ad consulendum earum Animarum gubernio pariter inutilia fuisse; cumque satis constaret nihil ea in re perfici posse, nisi etiam tunc Aquilejensis Patriarchatus perpetuo, ut inde, supprimeretur, et extingueretur, illiusque loco pro dominiorum diversitate unus et alter Archiepiscopatus, etiam ut infra, erigerentur, et instituerentur, ex eo quod ex parte tum carissæ in Xto Filiæ Nræ Mariæ Theresiæ, Romanorum, Hungariæ, et Bohemiæ, Reginæ, illustris, Cariss. in Xto Filii Nri Francisci Romanorum Regis in Imperatorem electi uxoris per ejus Epistolas ab ea sub die XI. Mensis Martii 1751. quas nobis exhibuit Dilectus Fil. Noster Marius S. R. E. Cardinalis Millinus nuncupatus, quam Dilectorum Filiorum Nobilium Ducis et Reipublicæ Venetiarum per Epistolas similiter a præfato Duce sub die 31. ejusdem mensis et Anni respective conscriptas quas Dil. quoque Fil. Noster Carolus ejusdem S. R. E. Presbiter Cardinalis Rezzonicus nuncupatus etiam Nobis exhibuit, Nobis expositum fuerat, ut perpetuo, ac stabili remedio tunc Aquilejensis Patriarchatus præfati negotium terminaretur, ad quem effectum Marius et Carolus Cardinales præfati Die sexta mensis Aprilis ejusdem Anni ad audientiam Nram una simul se offerentes memoratis respective litteris nobis redditis, unanimi voce nobis repræsentarunt flagrantia utriusque partis desideria, eaque singillatim Nobis exposuerunt, de quibus partes ipsæ, olim dissidentes Nris invitationibus, et adhortationibus obsecundan:

tes, diligentibus Tractatibus, et colloquiis habitis, convenerunt; ejusque conventionis exempla in scriptis redacta, et prout in infrascriptis primodictis litteris desuper, ut infra, ex editis de verbo ad verbum expressa habentur, Nobis relinquentes, earumdem partium nomine Nobis supplicarunt, ut conventioni hujusmodi, pro rerum conventarum subsistẽa, et observãone approbationis nostræ robur adjicere, nec non pro earundem vera executione Aplicæ auctoritatis nostræ plenitudinem interponere dignaremur; Nosque attendentes, quod ex communi plausu, quo hujus conventionis inter præfatos supremos dominantes initæ, nec non singulorum capitum in ipsa conventione contentorum notitia tam citra, quam ultra Montes a Viris cordatis et publicæ tranquillitatis, rectique rerum ordinis amatoribus excepta fuit, de illa et illis simpliciter nobis judicandum, et nil ultra laboris, aut diligentiæ nobis, aut illis, quorum consiliis utimur, in eorum examine adhibendum fuisset; nihilominus quod jamdudum Pastoralem sollicitudinem Nrãm augebat, in memoriam revocavimus spirituales necessitates tot millium animarum amplissimam partem tunc Aquilejensis Diœcesis ultra modum extensæ, incolentium, et a Veneto dominio dissitarum, quarum regimen jamdudum ob inextricabiles rerum sæcularium difficultates haud feliciter procedebat; qua de re cum plures recursus a Patriarchis pro tempore existentibus ad Aplicam sedem facti fuerint, hum statum ecclesiæ suæ eidem Aplicæ sedi statutis temporibus referrent; cumque niorum, atque prudentum Virorum gravissimas dictarum Animarum calamitates deplorantium relationes et querelæ, tum ad Prædecessores Nrõs Romanos Pontifices, tum ad Nos ipsos se pervenissent animo occurrebat, quam frustra iidem Prædecessores Nri Pontificiæ sollicitudinis officia ad hujusmodi calamitates sublevandas pluries interposuerint; quot etiam adhuc hinc inutiliter excogitata fuissent remedia, quæ, vel optatam executionem, vel speratum fructum nequaquam obtinere, vel plenam recti ordinis reintegrationem producere non potuerunt, vel denique temporalem dumtaxat attulerunt utilitatem, cum scilicet ideo excogitata fuerint et adhibita, ut viam sternerent ad firmum tandem, et stabile remedium memoratis deordinationibus perpetuo tollendis inveniendum; his omnibus matura consideratione pensatis, iisdemque conventionis capitibus attente perpensis, implorato sæpius Divini Numinis adjutorio, ac requisitis, auditisque super his nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. præfatæ Cardinalium sententiis, de eorum consilio et assensu, postulationibus hujusmodi pro parte dictæ Mariæ Theresiæ Reginæ, nec non Ducis et Reip. præfatorum Nobilium, ut præfertur, exhibitis, in omnibus et per omnia plenissime annuentes ac præinserta in litteris, ut infra, desuper expeditis omnia et singula præfatæ conventionis capita, utpote ad publicum bonum, et felix animarum regimen tendentia laudantes et approbantes, de Aplicæ potestatis nostræ plenitudine per quasdam Nras litteras incipientes Injuncta sub datum Romæ apud S. M. Majorem An. Incarnat. Dominicæ 1751. Prid. Non. Jul. Pontifica=

tus Nostri Anno II. expeditas, motu proprio, et ex certa scientia, in dicta
Aquilejensi civitate et Ecclesia Patriarchalem cathedram, dignitatem, et sedem, ti-
tulum ac denominationem, atque omne Patriarchale, Metropoliticum ac diaecesanum
jus eidem Ecclesiae, ac Sedi Aquilejensi catenus adnexum, nec non insuper Ecclesiae
Aquilejensis capitulum, dignitates, canonicatus, atque Praebendas, ita ut ex tunc de-
inceps Patriarchalis, Archiepiscopalis, aut cathedralis Ecclesia illiusque capitulum
minime existerent, nec ullus Aquilejensis Patriarcha, Archiepiscopus aut Episcopus, vel
illius ecclesiae dignitas, aut canonicus denominari possit, Apostolica auctoritate penitus
et omnino, ac perpetuo suppresserimus, et extinxerimus, atque Animabus Christifi-
delium in locis catenus Aquilejensis Patriarchatus, per Nos, ut praefertur, suppressi, et
extincti, spirituali Jurisdictioni subjectis, quaeque in temporalibus tam Venetae Reip.
quam Austriacae Familiae supremo parent dominio degentium ecclesiastici Regi-
minis subsidia non deessent, motu proprio, scientia et potestatis plenitudine
similiter ex tunc in Civitate Utinensi unam Archiepiscopalem cathedram, et se-
dem, Archiepiscopatum Utinensem nuncupandam cum omnibus et singulis
juribus etiam Metropolitico, caeterisque praeeminentiis, et praerogativis aliis Ar-
chiepiscopalibus Ecclesiis de jure, usu ac consuetudine competentibus, perpetuo
erexerimus, et constituerimus, cui quidem Archiepiscopatui Utinensi pro pecu-
liari ejus Diaecesi totum illum Regionis tractum, qui temporali Reipublicae Venetae
dominio subjectus est, et catenus a pro tempore existente Patriarcha Ecclesiae, Patriar-
chalis Aquilejensis per Nos ut praefertur, suppressae, et extinctae, Diaecesano jure
obtinebatur, et pacifice regebatur tribuimus, et assignavimus, nec non in Suf-
fraganeos eos omnes, et singulos Episcopos, quorum Cathedrales Ecclesiae in
praefatae Reipublicae Venetae dominio consistunt, quique catenus eidem Patri-
archatui Aquilejensi per Nos, ut praefertur, suppresso et extincto subjecti fue-
runt, subjecimus, atque imposuimus, prout latius per alias Nostras Apostolicas litte-
ras super erectione hujusmodi Utinensis Ecclesiae Archiepiscopalis aequalibus
juribus et praerogativis cum infrascripta Goritiensi Archiepiscopali pariter
Ecclesia insigniendo, peculiariter expediendas, statuetur et explicabitur, si-
mili quoque modo ex tunc in civitate Goritiensi alteram Archiepiscopalem Cathe-
dram, et sedem, Archiepiscopatum Goritiensem nuncupandam cum omnibus, et sin-
gulis praefatis juribus, etiam Metropolitico caeterisque praeeminentiis et praerogativis
aliis Episcopalibus Ecclesiis de jure, usu ac consuetudine competentibus dicta Apo-
stolica auctoritate perpetuo pariter erexerimus, et constituerimus, cui etiam Archiepi-
scopatui Goritiensi pro ejus peculiari Diaecesi alteram Patriarchalis catenus Ecclesiae
Aquilejensis per Nos, ut praefertur suppressae, et extinctae, Diaecesis partem, quae Au-
striacorum Principum dominio subest, et novissimis temporibus per Vicarium
Episcopali charactere praeditum a Nobis ad tempus, et ad Nostrum, ac Sedis Apostolicae
beneplacitum initi eadem Apostolica authoritate constitutum et deputatum, in spiri-
tualibus gubernata fuit, tribuimus, et assignavimus, ita tamen, ut statim ac novae
Archiepiscopali Goritiensi Ecclesiae hujusmodi futurus illius Archiepiscopus Apostolica

auctoritate præfata proficeretur, præfati Vicarii gubernium nec non oẽs, et singulæ providentiæ, ĉ ordinationes, sive a Prædecessoribus Nris Romanis Pontificibus, sive a Nobis ipsis pro animarum regimine in dicta Aquilejensi quondam Diœcesi parte Austriacæ ditioni subjecta, captæ, editæ, atque statutæ, exinde imposterum pro sublatis, irritis, abrogatisque eo ipso haberent; eidemque Goritiensi Archiepiscopatui eos omnes, et singulos Episcopos quorum Ecclæ cathedrales in temporali Austriaca ditione consistunt, quique antea Patriarchali ecclæ Aquilejensi per Nos ut præfertur suppressæ, et extinctæ, simili jure subjecti fuerunt, supposuimus atque subjecimus, prout etiam in aliis Nris Litteris Aplicis super dicta erectione hujusmodi Goritiensis ecclesiæ Archiepiscopalis æqualibus pariter juribus, et prærogativis cum præfata Utinensi Archiepiscopali Ecclã insignitæ, peculiariter expeditis plenius continetur; et quoniam illustria Religionis, ac pietatis argumenta, quæ in tractatione hujus gravissimi negotii, nec non in superius relata conventione inter præfatas partes providè inita, et a Nobis ut præfertur approbata, ex parte tam dictæ M. Theresiæ Reginæ, quam præfatorum Ducis, et Reipub. Venetiarum edita fuerunt, maximum utilitatis fructum Ecclæ Dei attulerunt, atque etiam imposterum allatura fore prospeximus, Nos motu, scientia, et potestatis plenitudine pariter præfatæ M. Theresiæ Reginæ, ejusque Successoribus in perpetuum ad præfatum Goritiensem Archiepiscopatum p Nos ut præfertur erectum, tam pro prima vice, quam quoties perpetuis futuris temporibus illum vacare contigerit, jus nominandi Nobis, et Romo Pontifici pro tempore existenti personam idoneam p Nos, et Successores Nros Rnos Pontifices pro tempore existentes ad eundem Archiepiscopatum Goritiensem pro tempore promovendam, eique in Archiepiscopum præficiendam, nec non præfatis Duci, et Reip. Venetiarum ad alium Utinensem Archiepiscopatum etiam p Nos ut præfertur erectum, quoties per liberam dilecti etiam Filii Nri Danielis præfæ Romanæ ecclæ Presbyteri Cardinalis Delphini nuncupati dimissionem, sive per ejus decessum, ac etiam deinceps alio quovis modo perpetuis futuris temporibus vacare contigerit, simile jus nominandi Nobis, et Romano Pontifici pro tempore existenti, personam idoneam etiam p Nos, et Romanos Pontifices Successores Nros pro tempore existentes ad eundem Archiepiscopatum Utinensem promovendam, atque etiam in Archiepiscopum præficiendam etiam perpetuo respective concessimus, et impertiti fuimus; Præfato autem Danieli Cardinali ob personalium ipsius meritorum magnitudinem, ut non obstante præfati Patriarchatus Aquilejensis suppressione, et extinctione p Nos ut præfertur factis hujusmodi, ipse nihilominus quoad vixerit absolutum et simplicem Patriarchæ, nõ tñ Aquilejensis utpote perpetuo suppressi et extincti, ut præfertur titulum, et denominationem retinere et gerere possit et valeat, ita tñ ut ejusdem Danielis Cardinalis in dto Archiepãtu Utinensi Successores non alio, quam Archiepiscoporum titulo denominari possint aut debeant concessimus, et indulsimus; cumque Aquilejensis Civitas magnitudine quondam, et populi frequentia insignis quantum ab antiquo splendore prolapsa, quamque ad deterio:

rem conditionem redacta fuerit, omnibus notum sit, atque compertum, illiusque incolarum Animarum cura Parochialis inter duas Ecclesias divisa esset, atque dependeret ab eis, quarum una erat ipsa, quæ eatenus Patriarchalis etiam extitit Ecclesia in honorem B. M. V. in cœlum assumptæ, seu forsan Nativitatis ejusd. B. M. Virginis omnipotenti Deo dicata, cujus quidem animarum Parochianorum curam per ipsius Ecclesiæ Sacristam pro tempore existentem exerceri consueverat, altera vero sit Parochialis Ecclesia S. Johannis in Foro, seu in Platea nuncupata, cujus Rector, seu Presbiter Curatus a Comunitate, et hominibus dictæ Civitatis, ut accepimus, aliqs, nominari, ac Ordinario loci præsentari solitus, erga Parochianos posterioris Ecclesiæ hujusmodi jura Parochialia exerceat; ac Civitas Aquilejensis sub temporali Austriacorum Principum ditione constituta sit, ideoque illius spirituale regimen juxta præmissa ad Goritiensem Archiepiscopatum pro tempore existentem pertinere, idemque Archiepiscopus Goritiensis Ordinario, et Diœcesano jure suam plenam jurisdictionem in eadem Civitate Aquilejensi exercere debeat, ne quid unquam libero hujusmodi jurisdictionis exercitio officere valeat; Nos in primo-dicta Ecclesia, cujus Patriarchalem qualitatem, nec non Cathedralitatis, aliaque præfata jura jam ut præfertur suppressimus, et extinximus, omnem etiam Parochialitatem, illiusque curam Parochialem etiam suppressimus et extinximus, ac illius sic suppressæ, et extinctæ Animarum Parochianorum curam hujusmodi ad dictam Parochialem Ecclesiam S. Johannis in Foro, seu in Platea nuncupatam transtulerimus, atque subjecerimus, et cum omnibus, et singulis Parochialibus juribus respective applicaverimus, et appropriaverimus, et cum ea incorporaverimus, ita ut illius Rector, seu Parochus omnium Animarum Xpifidelium tam suæ eatenus Parochiæ, quam etiam alteri in præfata Patriarchali olim Ecclesia usque tunc existenti subjectorum curam, et regimen gereret; idemque una cum omnibus suis Parochianis, hoc est cum universo præfatæ Aquilejensis Civitatis Populo præfati Goritiensis Episcopi Ordinario juri subjectus existat. Cum vero Aplica hæc S. Sedes insignioribus quibusdam Basilicis libertatis, ac exemptionis, ac immediatæ eidem Aplicæ Sedi subjectionis privilegia impertiri consueverit, Nos dictam Aquilejensem quondam Patriarchalem Ecclesiam Pontificiæ liberalitatis muneribus decorare volentes, dicta potestatis plenitudine eandem a pro tempore existentis Archiepi Goritiensis, et cujuscunque alterius Archiepi, vel Episcopi jurisdictione in omnibus, et per omnia exemerimus, et liberaverimus, ac perpetuis futuris temporibus exemptam, immunem et liberam, Nobisque et successoribus Nostris Rom. Pontificibus pro tempore existentibus, et huic Aplicæ Sedi immediate subjectam esse, et fore decreverimus; ne autem ob nimiam præfatæ Civitatis Aquilejensis a Romana urbe et Curia distantiam ipsa Basilica præfata necessaria assistentia, præsidio careret, Aplico Delegato in dicta Civitate Aquilejensi constituto, et deputato, cui ab aliquot retro sæculis Monialium Monasterii Aquilejensis S. Benedicti, seu alterius Ordinis gubernium Aplica auctoritate, et independenter ab Ordinarii jurisdictione commissum dignoscebatur, ejusque futuris in Delegatione hujusmodi successoribus, quos quidem imposterum semper ex personis eorundem Austriacorum Principum subditos eligendos fore statuimus, Nras, et Aplicæ Sedis vices commiserimus, ut ipse tunc existens Delegatus, ejusque successores hujusmodi tanquam Aplici ab hac etiam delegati, nostroque, et ejusdem Aplicæ Sedis

nomine, et auctoritate cum debita a Nobis, et successoribus Nrīs Rom. Pontificibus pro
tempore existentibus praefatis dependentia, dictam Aquilejensem Basilicam, olim
Patriarchalem, ab Archiepi Goritiensis, et alterius cujuscunque Archiepi, sive Episco=
pi jurisdictione exemptam, Nobisque, et Aplicae Sedi praefatae, ut praefertur imme=
diate subjectam, studerent salubriter regere, feliciter gubernare, et provide conser=
vare, ac alias, prout in supradictis Litteris Nris Aplicis sub datum Prid. Non. Iul. Ponti=
ficatus Nri anno II desuper, ut praefertur, ~~[illegible]~~ editis plenius, et uberius contine=
tur, Nos propterea erectioni Archiepiscopatus Utinensis hujusmodi modum, et formam
imponere, eandemque erectionem per Nos, ut praefertur factam Aplica auctoritate
confirmare cupientes, motu, scientia et potestatis plenitudine similibus in Civitate
Utinensi valde conspicua ambitus quinque milliarium circiter, duplici muro circum=
data, ac pluribus aedificiis tam publicis, quam privatis eximie ornata, populique
frequentia celebri, utpote viginti millium circiter habitatorum numero referta, inter quos
plurimae Nobiles Familiae, ex quibus plures quovis tempore tam antiquae militiae,
quam insignioribus equestribus ordinibus adscripti fuerunt, et in qua uti guberna=
toratam per totam Provinciam praesidet unus Venetus Patritius, qui una cum duo=
bus Iudicibus Propriam curiam efformat, novem itidem inibi praeter infrascriptam Col=
legiatam reperiuntur Parochiales, et aliae intra Muros Saeculares eccleae, seu capellae,
ac Decem Virorum interque, Domus Presbiterorum Missionis a praefto Daniele Card.
et Patriarcha propriis expensis erecta et fundata, ac duodecim mulierum caenobia, quo=
rum unum illud, videlicet S. Catharinae Senensis nuncupatum per eundem Danielem Cardlem,
et Patrcham a fundamentis extructum; et conservatoria, aliaque loca pia Hospita=
lia, et Confraternitatum oratoria, cum Monte Pietatis, et seminaria, et in eadem Civi=
tate Utinensi, in qua Tribunal Inquisitionis contra Haereticam pravitatem, et ~~[illegible]~~
Magistratus particulares reperiuntur, convocari solent Generalia Provinciae Comitia,
ideoque digna, ut jure merito Archiepiscopalis civitatis nomine nuncupari valeat, sae=
cularem, et Collegiatam Ecclesiam S. M. Majoris nuncupatam, una cum illius Canonica=
tibus, et praebendis Aplica auctoritate perpetuo supprimimus et extinguimus, illisque
sic suppressis, et extinctis, praefatam Collegiatam Ecclesiam in sua structura valde
magnificam, ac undecim Nobilissimis Altaribus efformatam ac sacris Paramentis, et
Utensilibus ad divinum cultum necessariis, et ad Pontificalia exercenda sufficien=
ter instructam, dignam propterea, ut Titulo et honore Archiepiscopalis Ecclesiae decore=
tur, ad laudem et honorem Omnipotentis Dei ac B. V. Mariae, et SS. Aplorum Pe=
tri et Pauli, nec non Fidei Cathcae exaltationem, et totius militantis Ecclesiae gloriam, in
Archiepiscopalem, et Metropolitanam ecclesiam Utinensem nuncupandam, sub ti=
tulo Annuntiationis ejusdem B. M. Virginis, et in ea Archiepiscopalis et Metropoli=
tani Praesidis Utinensis sedem ac Provinciae caput pro uno deinceps Archiepiscopo
Utinensi nuncupando, qui Pallii et Crucis usum, aliorum Archi Episcoporum more, nec
non voluntate seu permissione Ducis et Regia praefatorum benigne decreta locum
et vocem in Parlamento generali Fori-Iulii in prima Sede, seu sessione inter Prae=
latos habeat cum suis Capitulo, Sigillo, Arca, Mensa Archiepiscopali, omnibusque ali=
is insigniis Archiepiscopalibus, nec non privilegiis, honoribus, et praerogativis Archie=

piscopis debitis et concessis, ac juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminenti-
is, gratiis, favoribus, indultis realibus, ac personalibus, et mixtis, quibus aliæ Metropoli-
tanæ Eccleæ earumq. Præsules quomodolibet, non tñ titulo oneroso, seu ex indulto aut
privilegio particulari utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et
gaudere possunt, similiter perpetuô erigimus, et instituimus, ac nomine, titulo,
et honore Archiepiscopali et Metropolitano decoramus, nec non pro tempore exis-
tentem Ecclæ præfatæ Utinensis Præsulem in Archiepiscopum declaramus, ejque, ut
ipse cetera singula prout Metropolitanis in eorum Civitatibus, Diœcesibus et Provinciis
a jure indultum existit, facere, exercere, administrare, et exequi possit, eadem auctori-
tate concedimus et indulgemus. Præterea eidem Ecclæ Utinensi Episcopales Paduan:
et Vicentin: ac Veronen: et Tarvisin: ac Cenaten: et Bellunen: ac Feltren: et Concordien:
ac Justinopolitan: et Æmonien: seu Civitatis Novæ, ac Parentin: nec non Pollen: Ecclæs
Patriarchatus olim Aquilejensis per Nos, ut præfertur, suppressi et extincti suffraganeas, ac
Venerabiles Fratres Nrôs Modernos, ac pro tempore existentes earum respective Episcopos
pro Archiepô Utinensis pro tempore existentis suffraganeis, qui tanquam membra ca-
piti, eidem Archiepô Utinensi jure Metropolitico subsint, ita quod Archiepiscopus Uti-
nensis pro tempore existens præfatus in Paduan: ac Vicentin: et Veronen: ac Tarvisin: et
Cenaten: ac Bellunen: et Feltren: ac Concordien: et Justinopolitan: ac Æmonien: seu Civi-
tatis Novæ, et Parentin: nec non Pollen: Civitatibus, et Diœcesibus jus Metropoliticum
sibi vindicet, nec non Paduan: ac Vicentin: et Veronen: ac Tarvisin: et Cenaten: ac Bel-
lunen: et Feltren: ac Concordien: et Justinopolitan: et Æmonien: seu Civitatis Novæ, et
Parentin: nec non Pollen: Ecclæ antefatæ eidem Archiepô et Metropolitano Uti-
nensi ad oïa et singula teneantur, et sint adstrictæ, ad quæ suffraganei suis Metro-
politicis Ecclæs, et Metropolitanis tenentur, et obligati sunt, ut judicantur secundum
Canonicas sanctiones, dictâ Aplicâ auctoritate etiam concedimus, et assignamus, ac eidem
Archiepô Utinensi præfatos suos suffraganeos consecrandi, ad Provinciales synodos
evocandi, ac cum eis etiam eccleca negotia terminandi, et causas quascumque appella-
tionum sive querellas alias ad eum ~~~~ tan quam Metropolitanum juxta Decreta Concilii Trid.
devolutas, ac alias juxta sacrorum Canonum statuta spectantes cognoscendi, omniaque alia,
et singula quæcumque de jure, vel consuetudine, aut alio quovis modo ad Archiepôs,
et Archiepiscopale munus spectare, et pertinere solent, et debent, gerendi, faciendi, et
exercendi plenam et liberam ac omnimodam auctoritatem concedimus et facultatem;
Provinciæ quoque Utinensi Clerum, et Populum Universum, ac oïa loca, Ecclæs et Mo-
nasteria ac Oratoria et Pia Loca, nec non Confraternitates in Dominio Veneto existentes
olim rec. f. Aquil. Patriarchatui a Nobis, ut præfertur, suppresso et extincto subiecta
et subiectas pro eorundem Ecclæ, et Archiepi Utinensis Provincialibus pariter
perpetuô concedimus et assignamus ac desuper perpetuis futuris temporibus præ-
fatas Paduan: et Vicentin: et Veronen: ac Tarvisin: et Cenetan: ac Bellunen: et Feltren:
ac Concordien: et Justinopolitan: et Æmonien: seu Civitatis Novæ, ac Parentin, nec non
Polen: Ecclæs dictæ Ecclæ Utinensis suffraganeas censendas, ac tam eas, quam illa-
rum Civitates et Diœceses respective Universas sub ipsa Provincia Utinensi com-
prehensas, et nullatenus ab ea exemptas, nec prædictæ Sedi Aplicæ immediate,

neque ulli alteri, nisi tantum Utinensi Ecclesiae, et illius Archiepō praefatis quoad Archiepiscopalia, Metropolitica, et Provincialia jura ac jurisdictiones subjectas esse, et tenore dicta auctoritate declaramus. Pro Residentia vero et habitatione Archiepiscopi Utinensis pro tempore existentis praefati, in eadem Civitate Utinensi Palatium cum eis annexis, in quo praef. Daniel card. Delphin. tūc prūs commorabatur, et ab ipso multis aedificiis auctum, concedimus et assignamus, utque eadem Collegiata Ecclēa S. M. Majoris nuncupata in Archiepiscopalem Ecclēam Utinensem ut praefertur erecta, ex omni parte perfectior reddatur, condignoque Capitulo, ac Canonicorum, et Dignitates in ea obtinentium ac Mansionariorum et Capellanorum numero condecoretur, in ea unam Praeposituram quae, inibi post Pontificatum Nostrum existat pro uno Presbitero in Theologia Magistro, vel Sacrarum Doctore ac in eis Licentiato futuro dictae Collegiatae Ecclēae S. Mariae Majoris nuncupatae in Archiepiscopalem Ecclēam Utinensem, ut praefertur, erectae, Praeposito, qui illius capituli caput existat, et in Choro, capitulo, Processionibus, caeterisque functionibus, et Actibus capitularibus publicis, et privatis dictae Collegiatae Ecclēae S. M. Majoris nuncupatae in Archiepālem Ecclēam Utinensem, ut praefertur, erectae, praeeminentiam, et primum locum habeat; ac unum Decanatum, qui secunda, pro uno Clerico, seu Presbytero futuro dictae Collegiatae Ecclēae S. Mariae Majoris nuncupatae in Archiepālem Ecclēam Utinensem, ut praefertur, erectae Decano; et unum Primiceriatum, qui tertia, dignitates inibi respective existant pro uno Clerico, seu Presbytero futuro d.ae Colleg.tae Ecclēae S. M. Maj. nuncupatae in Archiepālem Ecclēam Utinensem ut praefertur erectae Primicerio, ac Viginti quatuor Canonicatus, totidemque Praebendas pro totidem Clericis, seu Presbiteris futuris in ea Canonicis, ac duodecim Mansionariatus pro totidem Presbiteris futuris in ea Mansionariis; nec non octo sine cura, personalem tñ residentiam requirentes Capellanias pro totidem Presbiteris futuris in ea Capellanis, ut infra, nominandis, cum Capitulo, Stallo, Mensa capitulari, Arca, Bursa, et sigillo communibus, ac omnibus, et singulis aliis capitularibus signis, insigniis aliis Metropolitanis ecclēis, earumque Capitulis de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut quomodolibet non tñ ex indulto, seu privilegio particulari competentibus; quique Praepositus, ac Decanus, et Primicerius; nec non Canonici praefati Capitulum inter se constituant, ac tam ipsi, quam Mansionarii, et Capellani hujusmodi apud dictam Colleg.tam Ecclēam S. M. Maj. nuncupatam in Archiepālem Utinensem Ecclēam, ut praefertur erectam personaliter residere, et in ea singulis diebus, ac debitis temporibus Horas Canonicas, ac Majorem, seu Conventualem, et alias Missas, caeteraque Divina Officia solita et consueta cum devota mentis attentione, servataque Ecclīcā disciplinā, ac infrascriptis ordine et praecedentia servatis, videlicet, quod Praepositus semper primus ac Decanus secundus, et Primicerius tertius locos habeant, deinde juxta Antianitatem majorem, seu priorem electionem ac nominationem in Canonicos Mansionarios, et Capellanos hujusmodi, viginti quatuor Canonici, et successive duodecim Mansionarii, et octo Capellani praefati succedant, qui Mansionarii et Capellani nunquam de gremio Capituli censeri debeant, nunquam vocem aut votum in Capitulo, ac Sessionibus capitularibus habere valeant, omnes vero Archiepō Utinensi pro tempore existenti, prout in aliis Cathedralibus, et Metropolitanis Ecclē=

siis practicari solent inservire teneantur, psallere, decantare, recitare, et respective celebrare, et alias dictæ Collegtæ Ecclæ S. M. Majoris nuncupatæ, in Archiepalem Ecclãm Utinensem ut præfertur erectæ, in divinis laudabiliter deservire debeant, et teneantur, dicta Aplica auctoritate etiam perpetuò erigimus, et constituimus; illisque sic erectis, et institutis pro mensarum Archiepiscopalis et respective capitularis præfatæ Collegtæ Ecclesiæ S. M. Majoris nuncupatæ, in Archiepalem ecclãm Utinensem, ut præfertur erectæ, nec non Archiepiscopatus Utinensis hujusmodi, videlicet infrascriptam summam octo millium trecentorum, et sexdecim Ducatorum Monetæ Venetæ ei, ut infra, assignandam; et Præpositoræ ac Decanatus et Primiceriatus, ac viginti quatuor Canonicatuum, totidemque Præbendarum, ac duodecim Mansionariarum, nec non octo Capellaniarum ut præfertur erectorum, et erectarum, hujusmodi respective dote, illumque ac illos et illas pro tempore respective obtinentium congrua substentatione, ac onerum eis pro tempore respective incumbentium supportatione, oĩa et singula, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta universa tam ad præfatam olim Pathcalem Aquilejensem Ecclãm per Nos ut præfertur, suppressam et extinctam in Dominio Veneto existentem, quam ad prædictam Collegiatam Ecclãm S. M. Maj: nuncupatæ in Archiepalem Ecclãm Utinensem, ut præfertur erectam, quomodolibet spectantia, et pertinentia, ita tñ ut Mensæ Archiepiscopalis Utinensis redditus annui sint in octo mille trecentum sexdecim Ducatis monetæ præfatæ, ad rationem librarum 6. et solidorum 4. pro quolibet ducato hujusmodi, licet redditus Mensæ Patriarchalis Ecclæ Aquilejensis præfatæ, per Nos ut præfertur suppressæ, et extinctæ, in solis septem millibus quingentis nonaginta septem Ducatis similibus consisterent, attento quòd præfati Dux et Respub. Venetiarum ad faciendam Nobis rem gratam auxerunt redditus præfatæ Mensæ Archiepalis Utinensis in Ducatis septingentis novendecim similibus, cujus rei gratæ intuitu etiam Dux et Respub. præfati continuabunt favore sacristiæ præfatæ Collegiatæ Ecclæ S. M. Majoris nuncupatæ in Archiepalem Ecclãm, ut præfertur erectæ, annuam præstationem trecentorum et sexdecim Ducatorum similium, quæ prius præstabatur sacristiæ præfatæ Patriarchalis Ecclæ Aquilejensis per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ. Præposito vero septingenti sexaginta, et Decano sexcenti quinquaginta, ac Primicerio quingenti septuaginta; singulis vero ex viginti quatuor Canonicis trecenti quinquaginta quinque, ac singulis ex duodecim Mansionariis centum octuaginta septem Ducati Monetæ Venetæ præfatæ, cum dimidio alterius Ducati parte, nec non singulis ex octo Capellanis pro tempore existentibus præfatis octuaginta octo Ducati similes cum tribus quartis alterius Ducati partis annuatim assignentur, eadem Aplica auctoritate similiter perpetuò applicamus et appropriamus, ita quod liceat futuris Archiepõ Utinensi ac Præposito, et Decano ac Primicerio, et viginti quatuor Canonicis, ac duodecim Mansionariis, et octo Capellanis præfatæ Collegtæ Ecclesiæ S. M. Majoris nuncupatæ, in Archiepalem Ecclãm Utinensem, ut præfertur, erectæ pro tempore existentibus illorum omnium fructuum, jurium, obventionum, et emolumentorum veram, realem et actualem possessionem per se vel alium seu alios eorum ac dictarum Mensarum Archiepalis, et respective Capitularis nominibus, propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuò retinere, fructus quoque, redditus, et proventus hujusmodi, jura, obventiones, et emolumenta quæcunque percipere, exigere, levare, ac in eorum, et Mensarum Archiepi=

scopalis, et respective capitularis hujusmodi usus et utilitatem convertere, cujus-
vis licentia desuper minime requisita; præfata attenta dismembratione, ac separatio-
ne fructuum ex bonis in Veneto dominio existentibus ad Monasterium, Abbatiam nun-
cupatam S. Petri de Rosatio Ordinis S. Benedicti, olim Aquilejensis Diœcesis per Nos ut
præfertur suppressæ, et extinctæ, quod Dilectus similiter Filius Noster Angelus Maria
præfatæ S. R. E. Cardinalis Quirini nuncupatus, modernus Episcopus Brixiensis in commen-
dam ad sui vitam ex concessione, et dispensatione Aplicis ad præs obtinet, quodque in
similem commendam ex pari concessione Aplica ad vitam obtineri consuevit spectantibus,
et pertinentibus in actu erectionis Ecclæ Archiepalis Goritiensis per Nos ut præfertur fa-
ctæ, ex nunc, et cum primum illud concessum ex causa permutationis, vel decessum, seu
privationem aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem d. Angeli Mariæ Cardlis et
Episcopi aut alias quovis modo ex ejus persona commenda præfata cessante vacare con-
tigerit, firmo remanente titulo commendæ, cujus Monasterii taxa in libris Cameræ Apo-
stolicæ descripta ad centum octoginta tres Florenos auri cum uno tertio alterius Floreni si-
milis pro parte ad mensam Archiepalem Utinensem præfatam spectante, quæ ab
Archiepis pro tempore existentibus utpote in provisione Ecclæ Archiepiscopalis sol-
venda, in litteris Aplicis commendæ ejusdem Monasterii desuper expediendis persolvi non
debebitur, attento quod taxa Ecclæ Utinensis mille Florenos auri comprehensis dictis
centum octoginta tribus Florenis hujusmodi cum uno tertio alterius Floreni pars in
præfatis litteris ut accepimus, descripta reperiuntur, quodque Monasterium, quia
redditus ex bonis in Veneto dominio existentibus habet, Utinensis Diœcesis denominari,
ac Archiepis Utinensibus pro tempore existentibus, et non aliis personis in commen-
dam Aplica auctoritate concedi, et assignari debeat cum denominatione, seu titulo ejusdam
S. Petri de Rosatio, ut præfertur, etiam factis, quas dicta Aplica auctoritate confirmamus
eosdem fructus sic dismembratos ac separatos, et ad summam duorum millium ducatorum
similium annuatim ascendentes eidem mensæ Archiepali Utinensi, cujus favore annuatim
solvatur et adimpleatur summa octo millium trecentorum et sexdecim ducatorum monetæ
præfatæ in pecunia numerata, summa sexmillium trecentorum, et sexdecim ducatorum hu-
jusmodi quotannis Archiepo Utinensi pro tempore existenti a publica capsa Utinensi seu
alia Reipublicæ præfatæ donec, et quousque habeantur fundi et stabilia quæ sint dicti
annui redditus nitidi et liberi ab omnibus expensis, et quatenus præfatus Daniel Car-
dinalis et Patcha eidem Angelo Mariæ Cardli et Episcopo præmoriatur, tunc dux, et Respub.
præfati subministrabunt bis mille ducatos annuos similes Archiepo Utinensi pro tem-
pore existenti, donec et quousque præfatum Monasterium per d. Angeli Mariæ Cardi-
nalis et Episcopi cessum vel decessum, aut alias quovis modo ex ejus persona com-
menda præfata cessante, vacare contigerit. Pro Capitulo vero et obis Capitularibus præ-
fatæ Collegiatæ Ecclæ S. M. Maj: nuncupatæ in Archiepalem Ecclam Utinensem ut præ-
fertur erectæ, oes et singulos redditus cujuscumque generis et speciei cum omnibus ju-
ribus et actionibus ac unionibus Beneficiorum Ecclesiasticorum tam capituli olim Patri-
archalis Ecclæ Aquilejensis per Nos ut præfertur suppressæ, et extinctæ, quam
præfatæ Collegtæ Ecclæ S. M. Maj: nuncupatæ in Archiepalem Ecclam Utinensem,
ut præfertur erectæ, ad tredecim mille, et quadringentos ducatos similes in totum

annuatim ascendentes non deductis oneribus, ita ut facta distributione inter singulos ut supra superesse debeant annuatim sexaginta ducati narrati in salarium Acolytorum, qui præfatæ Ecclæ Collegiatæ S. M. Maj: nuncupatæ, in Archiepalem Ecclam Utinensem, ut præfertur, erectæ, inservient, erogandi Aplicâ auctorite præfata similiter perpetuo applicamus et appropriamus; ad præfatam eisdem Collegiatam Ecclam S. M. Maj: nuncupatam in Archiepiscopalem Ecclam Utinensem ut præfertur erectam oia et singula Anniversaria, et opera Missarum, ac officia habentia fundos, et redditus in Ditione Veneta similiter perpetuo transferimus, in eaque celebrari mandamus. Insuper, quod semper, et quandocunque Archiepalis Eccla Utinensis p Nos ut præfertur erecta, Pastoris solatio destituta fuerit ad illam Archiepus Utinensis pro tempore, ut infra, nominandus teneatur ad solutionem taxæ, a Collegio Venerabilium Fratrum Nrorum præfae S. R. E. Cardinalium statutam, tam ratione præfatæ Ecclæ Utinensis quam ratione præfati Monasterii S. Petri de Rosatio in parte, ut supra, mensæ Archiepali Utinensi præfatæ assignatæ, quin teneatur ad utriusque taxæ solutionem præfatus Daniel Carolus et Patha, quam Nos absque alia de ejus persona Ecclesiæ Utinensis præfatæ de novo facienda provisione, et præfectione, in Archiepum Utinensem declaramus, ipsumque eidem Ecclæ Utinensi præfectum fuisse, et esse volumus et cum in Archiepatu Utinensi præfato successerit Venblis Frater Nr Bartholomæus Gradenigo modernus Epus Thiatirensis in partibus Infidelium ex nunc pro tunc a Duce et Reipubca præfatis ad illum nominatus, quatenus tn in actu quo ipse alias præft Danieli Caroli et Patha coadiutor perpetuus, et irrevocabilis in regimine et administraone dictæ olim Pathalis Ecclæ Aquilejensis p Nos ut præfertur suppressæ, et extinctæ, cum futura in illa successione Aplicâ auctorite præfata constitutus et deputatus fuit, jura et emolumenta eisdem Collo et Cameræ Aplicæ debita persolverit, et non alias, quod in actu expeditionis suarum Novarum Litterarum Aplicarum coadiutoriæ, teneatur tantum ad solutionem taxæ ratione præfati Monasterii S. Petri de Rosatio, pro qua taxa præstare debeat præfato Collegio et Cancellariæ Aplicis idoneam cautionem, eadem Aplicâ auctoritate declaramus. Præterea eisdem futuris, et pro tempore existentibus Ecclæ Utinensis Archiepali Capitulo et Canonicis, et Dignitates præfatas obtinentibus, ut ipsi Capitulariter congregati pro dictæ Ecclæ Utinensis ac illius Mensæ Capitularis Sacristiæ, et Fabricæ, earumque rerum, et bonorum tam spiritualium, quam temporalium prospero, feliciqua statu, regimine, gubernio, et directione, ac onerum eis pro tempore respective incumbentium supportatione, Missarum, Horarum Canonicarum, diurnarum, et Nocturnarum, aliorumque divinorum officiorum, Processionum, Funeralium et Anniversariorum celebraone, ac re Dignitatibus, Canonicatibus, et Præbendis, ac Mansionariis et Capellanis præfatis, aliisque Ministeriis Ecclesiasticis inibi pro tempore providendis receptione, et admissione personali residentia distributionum etiam quotidianarum, et emolumentorum quorumcunque repartitione et distributione pœnarum per absentes ac Divinis officiis non interessentes et functionibus suis loco et tempore minime præsentes, seu onera et ministeria eis respective incumbentia subire negligentes incurrendarum impositione, atque incursu singulorum præsentis et absentiæ notandis cærimoniis et ritibus in præft Collega Ecclâ S. M. Majoris nuncupatæ in Ecclam Archiepalem Utinensem, ut præfertur, erecta, illiusque Choro, Capitulo, Processionibus, et aliis actibus servandis, necnon illius ministris deputandis,

et amovendis salariis, et stipendiis eorum cuilibet assignandis, et quibusvis aliis rebus in praemissis, et circa ea quomodolibet necessariis et opportunis quaecunque statuta, ordinationes, capitula, et decreta, licita tamen et honesta ac sacris canonibus, et Concilii Tridentini decretis, et decretis Aplicis constitutionibus non contraria condere, et edere, conditaque, et edita pro temporum et rerum variatione et qualitate mutare, limitare, corrigere et interpretari, ac in meliorem formam redigere, seu alia de nova etiam ex integro de consensu tamen semper Archiepi Utinensis pro tempore existentis condere, et per eos, ad quos pro tempore spectabit, sub poenis in contrafacientes statuendis observari facere libere et licite valeant, plenam, liberam, et omnimodam facultatem, potestatem, et authoritatem eadem Aplica authoritate similiter perpetuo concedimus, et impertimur. Ulterius, futuris praefatae Collegtae Ecclae S. M. Maj. nuncupatae, in Archiepalem Ecclesiam Utinensem, ut praefertur erectae, Praeposito, et Decano, ac Primicerio, et vigintiquatuor Canonicis, necnon duodecim Mansionariis eiusdem, eorumque in Praepositura, et Decanatu ac Primiceriatu, ac singulis Canonicatibus et praebendis, necnon Mansionariatibus hujusmodi Successoribus respective pro tempore existentibus, ut ipsi Praepositus videlicet, ac Decanus, et Primicerius, ac vigintiquatuor Canonici praefati cappam Magnam Violacei coloris pellibus Armelinis subsutam et Rochetum Mansionarii vero praefati Almutiam tam in praefta Collegiata Ecclesia S. M. Maj. nuncupata in Archiepalem Ecclesiam Utinensem ut praefertur erecta, quam extra eam, et tam in Processionibus, quam aliis actibus, et functionibus quibuscunque publicis, et privatis etiam extra civitatem Utinensem praefatam, ac ubique locorum etiam in Synodalibus Provincialibus, universalibus Generalibusque Conciliis, ac etiam in praesentia dictorum Venerabilium Fratrum Nrorum praeftorum S. R. E. Cardinalium etiam de latere Legatorum Archiepiscoporum Episcoporum et Ordinariorum etiam propriis, ac aliorum quorumcunque, ac etiam ipsius Collegtae Ecclae S. M. Maj. nuncupatae, in Archiepalem Ecclesiam Utinensem, ut praefertur erectae, Choro et Capitulo quibusvis Anni temporibus, et diebus deferre et gestare, illisque respective uti libere et licite possint, et valeant, eisdem quoque Praeposito, Decano ac Primicerio, et vigintiquatuor Canonicis, necnon duodecim Mansionariis pro tempore existentibus praefatis, ut ipsi, eorumque officiales et Ministri, ac res, bona, proprietates, et jura quaecunque omnibus et singulis tam spiritualibus quam temporalibus Privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, praeeminentiis, antelationibus, concessionibus, indultis, favoribus, et gratiis, quibus aliarum similium Archiepalium, et Metropolitanarum Ecclesiarum illarum partium capitula, dignitates, canonicatus, et Praebendas, ac Mansionariatus in eis obtinentes eorum quoque officiales et Ministri, ac bona, jura res, et proprietates de jure, usu consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut ex indulto, seu privilegio particulari utuntur, fruuntur, potiuntur et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt et poterunt quomodolibet in futurum similiter, et pariformiter, ac aeque principaliter, et absque ulla prorsus differentia, dummodo tamen illa sint in usu, et non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacrisque Canonibus, et praefati Concil. Trid. decretis, ac Constitutionibus, et ordinationibus Aplicis praefatis non repugnant uti, frui, potiri, et gaudere libere et licite etiam possint, et valeant, proinde ac si eis nominatim et expresse concessa fuissent, eadem Aplica auctoritate etiam perpetuo concedimus,

et indulgemus. et insuper attentis Ducis, et Reipub. præfatorum erga S. Sedem particularibus meritis, eidem Duci, et Reip. jus nominandi ad præfatam Archiepalem Ecclesiam Urinensem, quoties eam pro tempore quomodolibet, non tamen per obitum apud Sedem Aplicam præfatam Pastoris solatio destitui contigerit, Personam idoneam p. Nos, et Romanum Pontificem pro tempore existentem præfatum ad nominaõnem hujusmodi eidem Ecclæ Urinensi in Archiepum præficiendam, nec non ad Decanatum ac Primiceriatum, et duodecim ex dictis vigintiquatuor Canonicatibus, et Præbendis per Nos ut præfertur erectis hujusmodi, certis sanctorum nominibus, ut infra designandos quandocunque, et quotiescunque illos et illas de cætero quibusvis modis, et ex quorumcunque Personis etiam Nostris, et Romani Pontificis pro tempore existentis, seu quorumvis præfatæ S. R. E. Cardinalium etiam tunc viventium familiaribus, et continuis comensalibus, seu Romanæ Curiæ Officialibus, aut aliãs reservationem, et affectionem inducentibus, seu per liberas etiam ex causa permutationis respectivæ resignationes de illis in Romana Curia præfata etiam in Nris et Romani Pontificis pro tempore existentis manibus, vel extra eam quomodolibet respective factas, et admissas aut assecutionem aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quavis auctoritate collatorum, seu illos et illas pro tempore respective obtinentium in aliquo ex mensibus Nobis, et Romano Pontifici pro tempore existenti præfato, ac eidem Aplicæ Sedis reservatis decessum, aut quamvis aliam dimissionem, privationem, Relligionis ingressum, et Professionis in ea emissionem, Matrimonii contractum aut alias quomodocunque, et qualitercunque, non tñ per obitum apud Sedem Aplicam vacare contigerit, personas itidem idoneas in Decanatu, et Primiceriatu, ac duodecim ex dictis vigintiquatuor canonicatibus, et Præbendis per Nos ut præfertur erectis hujusmodi per Ordinarium Loci respective instituendas simili Aplica auctoritate pariter perpetuo reservamus, concedimus, et assignamus nec non jus nominandi hujusmodi tam ad dictam Ecclæm Urinensem, quam ad Decanatum, et Primiceriatum, ac duodecim ex vigintiquatuor Canonicatibus, et præbendis præfatis ut præfertur erectis hujusmodi Regium existere eisdemque Duci, et Reip. semper et perpetuo competere, illudque vim, effectum, naturam, substantiam, essentiam, qualitatem, validitatem, et roboris firmitatem juris nominandi Regii hujusmodi obtinere, ac uti tale sub quacunque derogatione etiam cum quibusvis prægnantissimis et officiosissimis clausulis, et Decretis in quacunque dispositione etiam per viam constitutionis, Legis, regulæ, cancellariæ, Aplicæ, aut aliãs quomodocunque facta, nullatenus comprehendi, neque illi ullo unquam tempore, et ex quavis causa derogari posse neque debere, ac collationes, provisiones, et quasvis alias dispositiones de Decanatu, ac Primiceriatu, ac duodecim ex dictis vigintiquatuor canonicatibus, et Præbendis ut præfertur erectis hujusmodi absque Ducis, et Reip. præfatorum consensu seu nominatione pro tempore factas, processusque desuper habendos, et inde sequenda quæcunque nulla et invalida, nulliusque roboris, vel momenti fore et esse, ac pro nullis et infectis haberi, nec jus aut coloratum titulum possidendi unquam per illa tribui posse decernimus. Capitulo vero et Canonicis præfatæ Collegtæ Ecclæ S. M. Maj. nuncupatæ, in Archiepalem Ecclæm Urinensem, ut præfertur erectæ, jus nominandi ad Canonicatum, et Masolini nuncupatam Præbendam ex dictis vigintiquatuor Cano=

nicatibus, et Præbendis per Nos, ut præfertur, erectis, utpote semper considerandas ex funda=
tione, vel dotatione de jure Patronatus Laicorum, quoties illos quovis modo, et cujusvis per=
sona, non tñ per obitum apud Sedem præfatam vacare contigerit, personam idoneam ab
ejusdem Capitulo et Canonicis in illis instituendam similiter perpetuò reservamus, conce=
dimus, et assignamus, sed ne ex præfata reservatione juris nominandi Duci, et Reip. præfatis
ut præfertur concessa, partium [illegible] præjudicium præfatæ Cancellariæ Aplicæ, decernimus et
declaramus, quod tam Decanatus, quam Primiceriatus, et duodecim ex dictis vigintiquatuor Ca=
nonicatibus, et Præbendis, ut præfertur erectis hujusmodi vacationibus extra præfatam Cu=
riam in Januarij, Martii, Maij, Julii Septembris, et Novembris mensibus quovis modo
pro tempore occurrentibus ad illos et illas a Duce, et Reipub. præfatis nominati exhibere
debeant eorum nominationem in Dataria Aplicâ, et subinde Aplicâs litteras cum ex=
pressione fructuum in vigintiquatuor Ducatis auri de Camera in Cancellaria Aplica expe=
dire teneantur, vacationibus autem præfatis in aliis sex, Februarii videlicet, ac Aprilis, et
Junii, ac Augusti et Octobris, nec non Decembris mensibus ad illos et illas nominati pa=
tentales litteras eorum institutionis ab Archiepô Utinensi pro tempore existente re=
portare debeant. Litteræ autem Aplicæ collationis præfatæ Præposituræ, quæ, utpote Di=
gnitatis post Pontificalem majoris existentis, semper ad Aplicam Sedem præfatam perti=
nebit cum expressione pariter illius fructuum in vigintiquatuor ducatis auri de Came=
ra expedientur, idemque servabitur in litteris Aplicis collationis aliorum undecim Cano=
nicatuum totidemque Præbendarum, ut præfertur erectorum, et erectarum hujusmo=
di, quorum tanquam litteræ collationis existentium, collatio facienda erit a Nobis, seu Ro=
mano Pontifice pro tempore existente præfato, vel ab Archiepô Utinensi pro tempo=
re existente ad formam regularum ejusdem Cancellariæ Aplicæ, et quoad duodecim
Mansionariatus, atque octo Capellanias, ut præfertur erectos et erectas hujusmodi, utpo=
te de sui naã ad nutum amovibiles, præfatis Capitulo, et Canonicis d.æ Collegiatæ Ecclæ
S. M. Maj: nuncupatæ in Archiepalem Ecclêam Utinensem, ut præfertur, erectæ jus e=
ligendi liberè Mansionarios, et Capellanos, quo prius potiebantur Capitulum, et Ca=
nonici præfatæ Ecclæ Aquilejensis Patriarchalis, per nos ut præfertur suppres=
sæ, et extinctæ, nec non ejusdem Collegiatæ Ecclæ S. M. Maj: nuncupatæ in Archiepi=
scopalem Ecclêam Utinensem ut præfertur erectæ, juxta antiquam consuetudinem,
quodque cura animarum Dilectorum Filiorum Parochianorum ejusdem Ecclæ Utinen=
sis penes Capitulum, et Canonicos præfatæ Ecclæ Utinensis remaneat, exercenda ta=
men per unum et alterum Vicarios ab iisdem Capitulo et Canonicis nominandos
et ad eorum nutum amovibiles, similiter reservamus et concedimus, ac respectivè
declaramus. Denique quod præfatus Daniel Cardlis et Pathã, nec non pro tempore
existens Archiepus Utinensis de consilio Capituli, et Canonicorum præfatæ Ecclæ Uti=
nensis distinguere, seu declarare debeat Præbendas Canonicales hujusmodi, Præ=
sbyterales, Diaconales, et Subdiaconales, nec non ad præscriptum Concilii Trid. præfati
etiam Theologalem, et Penitentiariam Præbendas ejusdem Ecclæ Utinensis, ut præ=
fertur erectæ, prævio concursu conferendas, quodque cum justum non sit, quod re=
maneant totaliter expediti nonnullis ex antiquis Canonicis, Mansionariis, et Capellanis tam
præfatæ Patriarchalis Ecclæ Aquilejensis per Nos ut præfertur suppressæ, et extin=

cta, quam ejusdem Collegtæ Ecclæ S. M. Maj: nuncupatæ in Archiepalem Eccle=
siam Utinensem ut præfertur erecta, quibus locus esse non potest, attento deter=
minato numero Præbendarum in præfta Archiepali Ecclæ Utinensi, ut præfertur
erecta, onus esse ejusdem Ecclæ Utinensis, Capituli et Canonicorum dictis Pre=
sbyteris congruam præbere, eorum vita naturali durante, vel donec ipsi ali=
ter provideantur, qua se se substentare valeant, et quatenus aliqua emergeret diffi=
cultas super assignatione præfatæ congruæ per Capitulum et Canonicos præfatos ut præ=
fertur præstandæ, quod idem Daniel Cardlis et Patriarcha illam pro suo arbitrio pru=
denter componere et concordare, sicut etiam decernere quantitatem distributionum a
solis interessentibus choro personaliter lucrandarum valeat; quodque quoad eam Diœ=
cesis Aquilejensis partem in Civitate et Diœcesi Veronensi existentem, hæc ut prius
remanere debeat subjecta præfto Danieli Cardli et Patrchæ vita ejus naturali durante,
Scandarus ab hac clade digressus, varias obequitando, tentandoque, si Gradiscanum oppidum, quo se Zacharias Barbarus cum reliquiis dissipati exercitus receperat, ingredi posset, omnes conatus suos inanes videns ob Zachariæ diligentem sanamque operam ulterius iter progreditur; et viam quam Stratam altam appellant ingressus pagos omnes, quos Cæsareæ ditionis esse comperit intactos reliquit, ut ea comitate in reditum sibi Sontii transitum [illegible]. Quicquid vero ad Venetos pertinebat incendiis et cæde devastabat. Eversæ ea clade fuerunt quæ prope Stratam altam cadunt, nempe Ronchiæ, Sabbiona, Sancti Laurentius, Claudianum, Trivignanum, Sabilianum, Mortegianum, aliaque loca, in quæ circiter a Turcis itum est. praesignantes quod accolæ ad famam tantæ cladis aufugerant sese occultantes in vicina nemora; multi vero in Oppidum Strasoldium se contulerant hortantibus eos Daniele et Joanne Baptista Strasoldiis, qui tunc Aviales erant quod est quidam legitimus genus in illa Nobili Familia. Hi die noctuque obequitantes, quotquot ad eos confugerant jubebant vel intra Castelli mœnia, vel in tutissimis silvarum latebris ad quas propter inaccessibiles paludum voragines, et aquarum undique scaturientium hiatus Turcæ nec accurrere nec accedere ausi sunt. Nam inter condensas vepres aviarum latere, ubi accedi poterat Aviales ipsi apposuerant homines nonnullos corporis robore et animi virtute praestantes qui balistis et arcubus fundisque et omni missilium genere hostes a congressu arcerent. Sclopetti pauci erant et eos omnes in Oppidum Strasoldii, ubi majus erat ab hoste periculum, afferri jusserant Aviales, ut si forte hostes oppugnaturi irent, depelli inde possent. Quam ob rem omnes, qui eo confugerunt incolumes evaserunt.

Et jam praeter pagos Stratam altam cingentes, ubi sacellum est D. Peregrino dicatum erant ingressi Turcæ, ibique curare corpora, cum a dextro latere Arcem Utinensem prospectantes edito satis colle conspicuam edoctique a captivis eam quidem Urbem esse sine præsidio, quod casa esset apud Gradiscam cives illius [illegible] Turcarum Praefecti habito invicem colloquio Amarem, apud quem nonnulli Tartarum equites erant assueti longius progredi, prædandique et explorandi loca vicina cum ducentis equitibus praemiserunt speculatum quonam statu esset Utinensis civitas. Et hi primo congressu capi, et abacta præda incendi posset. Nam Turcis ea mens erat, ut sub nobilis Oppidi mœnibus moram traherent, sed repentinis excursionibus omnia turbarent cædibusque et incendiis fœdarent. Amar igitur cum ala suorum equitum mox excurrendo S. Stephani pagum concremavit, Pagnaccum quoque, et Pavicolum pari incendio dedit. Ac mox lustrata planitie quæ secundum Utinum est a meridie et [illegible] [illegible] progressi, rati primum insidias esse, deinde ut a captivis acceperant nullas in Urbe copias esse agnoscentes, et [illegible] viam dictam la Longa et Pradamanum satis quidem pagum incendentes ac postmodum [illegible] ad [illegible], nam serum diei erat ut pernoctarent in casis quas prout [illegible] venere. Sunt ibi duo pagi, sortiti nomina a Castris olim positis cum Forum Julium, quod nunc Utinum est obsidione cingere Barbaræ Nationes; alter Lovaria, quæ parvo vocis discrimine Godia dicitur a Gottis Alarico Rege Forum Julium obsidentibus appellata anno nonagesimo supra quadringentesimum post cæsas prope Aquilejam Odoaci Regis copias; Alter vero pagus huic conterminus est Baivarus a Bavaris, qui ibi castra posuerant obsidentes anno sexcentesimo [illegible] post Virginis partum Cacano eorum Rege pariter Forum Julium. Hi ambo pagi circiter mille quingentis passibus ab Utino absunt; Partiti inter se vigiliis Turcæ nocte in eisdem pagis vacuis quievere. Nam accolæ inde Utinum [illegible]

Utinum confugerant. Die in sequenti laxatis ordinibus, ut maior quam erat numerus appareret, ingenti ut solent, edito clamore usque sub moenia Urbis transcurrere ausi sunt: et adhuc nemine obviam prodeunte admirabantur in tam ampla Urbe homines non esse. Quare iterum ab insidiis timentes substitere parumper, et demum audacius accedentes fenestris Prati clausi portam perrumpere coeperunt. Tum qui intus erant perpauci stradiotae cum nonnullis civibus, metu ne hostes fractis portis ingrederentur, cum in moenibus post pinnas se ostenderant balistis et arcubus et perpaucis sclopetis armati, egredi tamen nemo ausus est. Quare Turcae spreto Utinatum praesidio per prata Altinae quae corrupte Pradamanae vocantur a veteri Urbis Utinae nomine (nam Altina, seu Utina a primis conditoribus deinde Forum Julium ab sui instauratore Julio Caesare, ac deinde, sive a priori nomine Utina, sive ut alii volunt ab Utinis Utinum dictum) excurrentes pagum nomine Vatum, a sacello Vatis qui florente olim Foro Julio Romanis colonis ibi sortes et fata canebat combussere, funditusque evertere. Paternum quoque et Cabalicum Adelinumque pari incendio conflagrarunt, Tavagnacum, Pagnacum et Beletum, atque Columneam et caetera circum loca omnia diripuere, parva abacta praeda. Nam intra moenia Urbis Utinae cum rebus et familiis confugerant rurales, qui si animum numero aequassent potuissent dubio procul Urbe egredi et hostes non modo expellere sed etiam acie congredi et caedere. Sed ad famam caesi ad Sontium exercitus Veneti et truculentae hostium saevitiae tantus pavor homines incesserat ut nemo auderet hiscere et in tutissimis locis se minime tutos esse rebantur, nec inter cives erant, qui se Duces in bellis multitudini dici vellent ac de se summa periculum facere; et quia pauci erant et quia robur Utinatum infelici pugna ad Sontium conciderat, omnibus mens erat tueri se moenibus. Turcae combustis circa Utinum villis denuo ad Urbem ipsam convolarunt opinantes improviso congressu ingredi posse. At cum clausae portae ut ante essent circa fossam concursantes, et in moenibus perpaucos trepide excubare circumspicientes, partim Bavarium et Gorliam ubi priori nocte manserant reversi sunt, ut et sequenti nocte pernoctarent, exploraturi quo tenderet illud Urbis Utinae silentium. Partim detractis frenis licenter et per otium equos suos in ipsis fossis gramina pascere permittebant, otio non minori quam si in suis laribus fuissent, et sive ut Utinates elicerent extra Oppidum, sive ut improperarent iis qui e moenibus prospiciebant, sive in spretum Deorum nostrorum, quicquid undique materiae comperiebant in Phanum D. Quirini quod prope est portam Cremonam, quam Glemonensem dicunt comportarunt et iniecto igne concremarunt. Erat tunc ad custodiam Turris quae ipsi portae imminet Martinus de Vincentiis cum duodecim asseclis tantummodo; nam paucitas Civium plures esse non patiebatur. Is, ut vir magni animi et sani consilii, non tulit temerariam Turcarum audaciam. Quare mox portam reseravit, pontemque demisit, et suis animum faciens in Turcos incendia portantes irruit, et alios interfecit, alios in fugam convertit. Et Phanum ab incendio liberavit, et mox cum suis se in Urbem recepit incolumis, ne a multitudine hostium quae proxima erat opprimeretur. Ob quae facinora et apud concives suos magnum nomen assecutus est et rebus denique pacatis virtutis gratia a Veneto Principe donatus militari dono et Diplomate decoratus est, ut ex Principis rescripto, quod nos legimus, fusius patet. Et cognomen, quod prius fuerat de Vincentiis datum est a Porta et ob egregiam ex porta Glemonensi eruptionem in hostes et propter fidelem Reipublicae operam navatam.

Interim Turcarum copiae, quae in planitie S. Peregrini constiterant, ut equites tot excursionibus fessi, eo et insequenti die quiescerent constituere, sed ne omnino feriati haberent Stuklem praemisso mille equitum Praefecto Cormonam, Pavianicam mox capiunt, et eos, qui intus aderant, aut captivant aut trucidant. Qui in Flaibaniam se receperant, primo, et secundo congressu hostes naviter reiiciunt, et Praefecto ipso graviter saucio et

sexaginta

nec Federicus [illegible] [illegible] Duka [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

sexaginta Turcas interficiunt. Et nisi arma inobtusa præliando et missilia defuissent consumptis iam sagittis et arcuum balistarum funibus iam protractis fortiter dimicantes vim hostium repulissent. Sed demum a tanta multitudine circumventi cortinam tueri nequeunt, Turcæ scalis appositis ingrediuntur omnes ad unum trucidant neminem capiunt. Erat inter cæteros mulier nomine Flora, quæ in omni hostium congressu intrepida cum suis præliata fuerat, et tunc trucidantibus Turcis multitudinem aggressa manibus (tum alia tela non habuerat) Turcæ dentibus quibus etiam rabido morsu vorauerat ut eum interficeret, nusquam a suis subueniri posset ipsa quoque multis vulneribus trucidata interiit.

Anno, quem circa Utinum concurrisse memorauimus, concurrentis demum Bauaro et Zotia cum sua equitum ala paucis amissis ex quibus Iacobus Cornazzius, et Abrahamus eius gentis duos interfecerant apud Tauagnaccum dum a cæteris venditis equis gramina comportauerant, a Scandaro ad exercitum euocatis rediit ex his ædibus Turcæ victores iter pergunt ad Tilauentum usque, et loca omnia igne et ferro diruunt. Iuuentutem, quæ labores perferre possit captiuam ducunt, cæteram multitudinem trucidant. Ut vero ad Tiliaventum venerunt forte imbribus auctum consistere parumper, et a captiuis certiores effecti ingentes Venetorum copias parari ac mox venturas terrestri maritimoque itinere ad comprimendas Turcarum excursiones de reditu consulere cœperunt, ac mox cum facta præda [illegible]. Et superata Liquentia ad Athesim Fluuium deuenerunt, et tanta celeritate vicinos pagos et Oppida incursarunt, ut qui vicinos suos aduentus longe præuenirent. Nondum ad Liquentiam appulerant Barbari quod a captiuis docentur non longe abesse Oppidum nomine Motam apud quod Ottonis Cæsaris exercitus a Vitellio victus est, Vespasiano Imperatori parato præsens et ab oriente alto Liquentæ fluuio ita munitum ut si, Oppidani pontem clausissent frustra Turcæ transire conarentur. Quo solum Oppidi munimen in ipso ponte positum esset quo capto hoc Oppidum in manu hostium esset. His auditis Barbari Regi facti, et, uera esse quæ dicerentur arbitrati, inuicem colloquuntur, statuuntque venatorum specie et mentito habitu pontem occupare. Quare leporarios canes qui plures in exercitu fuerant, tunc cum [illegible] secum habentes vestitu quem a captiuis acceperant Italico leporesque quos forte reperierant ab ephippio religatos habentes, vel ad prædam instigantes, vel clamore ad se vocantes lento gradu incedebant induti non venantium canes, vel ad prædam instigantes, simulantes se Forojulienses esse, inter quos pedites quatuor, erant cæteri sex equites donec ad pontem peruenerunt. Ibi perpauci erant non sine metu, quod audierant Turcas per Forumjulium cæde grassari, attamen nil mali opinantes etiam choreas in nuptiis eo forte die celebratis ducebant. Visis vero simulatis venatoribus et eos esse compatriotas existimantes viam ut transirent adaperiunt. Et iam sciscitari hoc cœperant an aliquid de Turcarum aduentu ab ipsis Turcis, quos christianos crediderant, audiuissent. At venatores superato ponte ita ut claudi non posset, mox arma expediunt et præsentes detruncant. Interim equites, qui hos clam sequebantur magno clamore edito superueniunt, in Oppidum irrumpunt, alios cædunt, alios, inter quos nouam nuptam præstanti forma, ipsumque sponsum capiunt, Motam incendio diruunt ibique eo die epulati consistunt. Altera die Scandarus iubet cadauera, quæ toto passim Oppido fœde cæsa iacuerant in flumen proiici nec tamen omnibus proiectis: quia pars eorum maior aut inhumata relicta sunt aut in fossis tantum abiecta miserabilem spectantibus speciem obtulerant. Mota deinde castris ulterius progrediuntur, quousque ad Athesim ventum est. Opitergium vetus, et celeberrima olim Civitas ab Altino dicta, tunc vero ope [illegible] destituta in cinera comburitur. Acciditque ultra Athesim confugerunt, quamplurimis ad ulteriorem ripam coactis, pontibusque dirutis aut incensis, ne paterent transitus Barbaris. Qui ut eo appulerunt considerato flumine, missoque in ulteriori ripa nonnullis peditum atque equitum turmis a Taruisano agro missis ut a transitu Barbaros prohiberent consisterunt, edoctique ab exploratoribus Taruisii esse validas militum copias a Veneto Senatu missas ut prælium cum Barbaris, si opus esset, inirent, cognoscentes se multa præda onustos non posse nisi

nisi dimissis servis aut cesis captivis, posse tamen in sentitis astueant, prelium committere: contendunt quid agendum
esset inter Prefectos erant sententie; pars pontem erigi et flumen transiri censebant, et ne onere essent captivi
sub custodia dimitti donec redirent, eligique ex exercitu custodes. vel si nimis placent, cedi omnes, non tamen
omitti transeundi occasionem. Nam audierant opulentam esse regionem Taurinarum, predamque inde uberrimam
haberi posse. Censebant alii, quod militis utenditur exterminato exercitu et non esse totum ne. gaudentis
transire; et ideo tutius esse inutilem captivorum turbam, molientes necessariis trucidari, ne impedimento
essent ad majora preparantibus. Pacisci pontem et ratus ad transitum omnes cunctis flagitabant. Scandarus
instructis et arbitris Dux auditis suorum sententiis in neutram partem inclinare iniquus esse; nec sibi
conducere censuit tot fluminibus superatis in discrimen reditum ponere; à fronte hostes a tergoque
profundos amnes relinquere, ne quando vellet regredi non posset. Audierat etiam Venetos sub navis
Domibus ac rei militaris peritis exercitum comparasse. Quare satis a se factum arbitratus receptui
canere jubet. mandatque diviso exercitu partem antecedere, partemque subsequi predam, captivosque
in medio collocatis. In Regione ea quicquid reliquum fuerat a priori incendio, comburitur. omnis
Regio julia cultoribus vacua videbatur; ubique solitudo et meror. cadavera inhumata, sepultaque
toto passim itinere reperiebantur. Ad quod dirum spectaculum miseri captivi oculos intendentes
notos sibi, cognatosque fede cesos agnoverant, magnumque propterea ululatum undique edebant, la-
mentabanturque sortem iniquam, quod nec sibi opem, nec mortuis sepulturam dare possent. sibimet
incidentes quod pari cede extincti non essent. Turcæ plerosque ejulantes verberibus afficiebant
nonnullos etiam occiderunt, donec ad Pontium venere. Ibi is fluvius mediam Regionem citram adlabitur
et dum ab imbre tumens vadari non poterat. conditur ibi parumper Turcæ, cogeruntque ex captivis
nonnullos ingredi flumen, et aque altitudinem metiri, que in horis minui videbatur. Quare a
latere superiori captivos et jumenta propellebant, ut vim fluminis interciperent, Turcæ vero ab infe-
riori parte mixti cum suis equis transibant. In transitu rapacissimi fluminis ex numero captivorum
ad quinquaginta periere aquis abrepti. ut vero in proximam planitiem ventum est corpora
numerant. et mox citatiori gressu iter capessunt Pontiam versus, citra ab incendio temperantes, donec
ad villas Cesarei ditionis accessere, tum mandat Scandarus, caveant milites sub capitali pena alicui
obesse. Erat tum vindemiarum tempus, tanta vero ubique solitudo in pagis ob preteritas cedes ut
nemo mortalium in Venetis ruribus cerneretur vagabantur nihilominus ex Cesarianis pagis nonnulli
per campos et vineta, qui audierant sibi incolumitatem sancte habere a Turcis promissam. Erat in iis
Petrus Andrianus de S. Vito, et cum eo Federicus dei Purlillis, vir quibus et genere clarus, qui se
in Cesarea ditione tutum fore arbitrabatur. Hos decem Turcæ reperiens sine metu conspicientes Barbaros
... circumvenere ... inter ... mancipia ... ligatos abigere, justa flagitantes
impertiri sibi dilationem probandi se esse Cesarianos. At Petrus mihi hec scribens dicebat inter Turcas
fuisse quendam de pago Tapoghani nomine Bidinum ... qui superiori excursione dum esset
in Pago S. Petri ultra Pontiam captus a Turcis ad Mahometis sacrilegum dogma transierat. a quo tan-
quam vir dives Barbaris denunciatus est, ... se ... esse natos. Unde
postmodum ... ducentis aureis redimi coactus est, quod et Federico contigit ... qui pari pecunia
redimendus erat, saluti fuit. Nam ut amicum et socium liberaret scripsere ad suos gentiles sibi quos
esse quatuor centum Aureorum. Quibus acceptis et pro dimidia socio mutuatis ambo dimissi sunt,
et inter fines Croatie sub fidali custodia ne damni aliquid paterentur remissi; ibique a Regulo Clisii
cui cognomen erat Crosichius per Illiricos ad Histros datis litteris publice fidei transmissi sunt. Sed

nec

nec Federicus Purliliensis accepti a Petro beneficii voluit immemor esse, nec ingratitudinis vitio notari; nam iisdem diebus, quibus in patriam remearunt, refrigeratis unà apud Petrum corporibus ab itineris longa fatigatione, accersit Tabellionem, et optimum agrum centum jugerum Andriano dono dedit, quem Hurisceli situm adhuc Petri nepotes cum magno eius familię emolumento colunt.

Sed ut revertar ad institutum, Barbari ut primum superatis Turro et Natisone fluviis antequam ad Sontium appulissent legatos ad Goriciensem Comitem mittunt, orantes sibi aditum per pontem, suisque incolumitatem promittentes, et insuper ex prędo munera daturos. Respondit Comes non posse, quę peterent concedere, eo quod magnum esset sibi cum Optimatibus dissidium, falso conquerentibus apud Cęsarem, quod pecuniam ingentem suo priori transitu accepisset, et nunc in reditu in partem prędę recipi conatus esset, et propterea etiam Cęsareos colonos duci mancipia permisisse, ut majorem inde partem acciperet. Obsecrare inde ut sibi parcerent, considerare tamen, ut Sontium vadarent, non esse eum altitudine ea, ac rapacitate, quam crediderant, et cum aliter iuvare eos nequeat, commeatus eis se abunde prestaturum pollicetur. His Scandaro relatis, non ęgre tulisse ferunt, et accepisse quidem Comitis excusationem. Deinde ordinato ad prælium, si opus esset exercitu passim servatis ordinibus incedebat. Nam audierat Zachariam Barbarum in Oppido Gradiscano esse, et copias collegisse, quę etsi ex tyrocinio erant, nec omnino formidandę, verebatur tamen Scandarus ipsius Zacharię

cui cognomen erat Crosichius per Helvios et Hesthos datis litteris publicis fidei commissi sunt. Sed

nec

Rerum Forojuliensium ex Hyst.o Pallad.

Margin: Ita vocati à Carno Tuscorum rege; gens vero istos cum Tuscis comitabatur donec res ibi floruere, sed ipsis labentibus et dignitate, et imperio, et Carni oblivione obruti, nomen eorum sepultum remansit. ex libr. [illegible]

Carni primi eam Italiae partem coluere, quam nunc nos Forum-julium
appellamus. Confinia huius Provinciae sunt ab Austro Adriaticum mare,
Alpes Juliae à Septentrione, ab Occasu Liquentia fl., ab Ortu Tima-
vus fl. Septentrionalis terminus Alpes à Timavi fontibus surgunt,
quae propiores Carni iuga dicuntur, deinde quae supra Tulminum, & Bon-
cinum Vallem ad Pontebam porrigunt illis sunt coniunctae. Hinc
quae adverso Zeliae cursu in Cadubrinos insurgunt, à quibus in
Liquentiae fl. fontes caeterae incidunt. Atque habitant, & incolunt;
quae in oriente exigunt, usque quo à Carniolis dividunt supra Sontium fl.,
et quidquid à Clusiis in agrum Goritiensem occupat idem amnis; à Scla-
vis gente rudi, et moribus sylvaticis. Caetera, (sunt autem omnes memoratae
Alpes in Forojulio comprehensae) à Carnis populis tenentur, qui
primum retinent nomen; & in quatuor dividuntur partes, seu valles.
Quarum prima Vallis Inchiavorum appellatur, quam mediam Clavisonus
fl. findit; duas hic regio habet vias à planitie Forijulij in Germa-
niam, et quae in orientem sitas radices M. Bombasi ad Pontebam
ducit, et quae in septentrionem supra iuga Laniciae Ambulat, conter-
minatque cum Valle Zeliae in Norico. Inde S. Petri vallem omnium
septentrionalem alluit rapax Butij, qui non longe à Tulmetio
cum Clavisono iunctus in Tiliaventum erumpit. Conspicuus hic
propter excellentes Trottas in hac valle Tamarus lacus, prope
quem Moscardus praeceps torrens à M. Primosio originem trahit;
Mons vallem occludit, qui dicitur Crucis, Zeliae confinis, in quam
pediti, et equiti vix iter saxum pandit. Tertia, quae in occidentem
& Arcton, vallis vergit, Gortium appellatam, Decano fl. irrigat,
& Zappata regione Carnae una Germaniae loquenti finis, cum Ca-
dubriensi affinis, unde Piavis fl. è M. Setia erumpit. Quarta
denique Carnorum Vallis ad occasum brumalem declinans vocatur Sub-
clivium, memorabilis Tiliaventi fl. origine, cui exiguum admodum
[illegible] M. Mauri speciem dat, augent vero Decanus, et Butij sub
Tulmetio, Talla ad Ventionum; quae ad Pontebam originem trahens
supra vallem Mosacensem praeteriens Tiliaventum, ut diximus, intrat.

et ipse

Margin labels: Sclavi. P. — Carni. P. — Inchiavorum. V. — Clavisonus fl. — Bombasus. M. — S. Petri. V. — Butij. fl. — Tamarus. L. — Moscardus. fl. — Gortium. V. — Decanus. fl. — Piavis. fl. — Subclivium. V. — Tiliaventum. fl.

Glemona.
Hydra fl.

et hæc de Carnis. Reliqua Fori-julij regio multis ornata oppidis, ut sunt Venzonum, Glemona Germaniæ emporium, prope quod Hydra fl. originem trahit, et in Tilia[v]ento prope Osopum Oppidum inexpugnabile infertur; Goritia, Utinum, Aquileaque Roma[na] colonia — hucusque. lib. 1. —

Utini initium.
An: ab U.C. 564. Sig. 568. Glare. ante C. N. 179. Sig. 183. Glare.

Principium Utinensis urbis Galli Transalpini fecere, isti nil Romanam metuentes potentiam per invia Alpium electa magna immensa caterva ad numerum $\frac{m}{12}$ hominum in Forum-julium Venere, ubi in planitie, quæ circa Utinum est, desertam admodum, et nullis cultam habitatoribus observassent, collem in medio planitiei; ibi stationem suam facere statuerunt nullis obstantibus propterea habitatoribus. Quamvis tum armis Carni non obstiterint, nitentes de ea re S. R. significantes, Legatos fecerunt, ut Senatus decreto M. Marcellus Cons. ipsos in deditionem recipiens, eos ab Italia, et Forojulio abdicaret, Utinique Oppidum deleret; unde tum tale nomen fuisse tunc temporis non constat —

An: ab U.C. 567. Sig. 571. Glar. —

Actum tunc est in S. R. de deducenda in Forum Julium Colonia, et quidem hoc anno tale decretum executioni demandatum fuit. Duxerunt itaque Triumviri ad id creati P. Cornelius Scipio Nasica, C. Flaminius, L. Manlius Accidinus tria millia peditum; de equitibus non constat numerus, et ipsis ad mare Adriaticum in extremo fermè Fori-julij angulo, ubi Natisso fl. in mare prorumpit, locum ad novam condendam urbem assignarunt, cui Aquileiæ nomen à Romana Aquila, et urbis insignio indidere; diviserunt pariter agrum Aquileiensem, in suum Romanum morem, sed suam magnam agrorum quantitatem, et quinquagena peditum, centena Centurioni, centena quadragena equiti jugera esse voluerunt Aquileiensens ita commodo arandi terras colendasque curarunt, ut; ingentia agrorum habent spatia, singulasque illorum Villas exposuerunt; has ad extruenda domum ut sua propria, ut locorum ex quibus profecti erant indiderunt —

An: ab U.C. 569. Sig. 573. Glar.
Aquileiæ origo.
mos R.[i] agrorum dividendi erat; septena jugera in capita dividere singula. Val. Max. l. 4. c. 3. M. Varro de re rust. l. c. 10. —

Utini instauratio.

Ita et Utino accidit, quod in ut mirandum, regionem quam Triumviri invidissent, situm aptum ut colle observassent, ipsi muros erexerunt, domos, et in colle, et sub ædificarunt; ibique pro Colonia Atinates reliquerunt, qui ex proprio nomine Atinam oppidum restauratum vocarunt; posteri vero inversa littera Utinum. Lu[ci]usque lib. 2. —

cui cognomen erat Crasichias per Utinos, et Hirtos datis litteris publicis fidei traditi sunt. Sed nec

An: ab V. C. 575. Slav. 571. Sig.
Ampliat Aquileia, muri Tiliuns, aque stagnantes et Ampho-
ra alveum ad mare derivans, hinc felicitas Aquileiensium cadit
obruta ab Istrorum incursionibus, qui pariter à C. Claudio Cons.
devicti pacem denuo, et quietem habuerunt. Unde iterum à
S. Q. impetraverunt novam Coloniam Urbi, quæ fuisse 1500. de-
An: ab V. C. 581. Sig. 580. Slav.
mum fuisse ductam à Triumviris T. Annio Lusco, P. Decio Subulo,
M. Corn. Cethego accepimus. Hinc continua Aquileiensibus tran-
quillitas, et quasi diuturna pax, durant non usque ad Cim-
brorum incursiones, et invasiones —
In tanta rerum rerum F. J.ii tranquillitate, et Aquino multum
An: ab V. C. 600.
contigit ampliatum in oppido, et sub colle muris cingebatur, et
turribus, ædificiisque, et portis ornabatur et tribus præcipue Aqui-
leiensi, Gemonensi, et Sonolensi, quæ adhuc extant. Atque
actis Senatus R. de firmanda securitate Provinciæ, excogitans
adversus Illyrios in Istrorum confinio Tergesti oppidum
An: ab V. C. 610.
erexit, quod mari incumbens late ab ea parte viam tueri;
Hinc ad dextrum latum utrumque fluminis ripas amplectens Con-
cordiam extruere curavit; Atque ut uberes circa se campos
haberet, familiis Latinis in ipsas traductis, Coloniæ factæ fuere,
Albæ Foro-iulio securitas à mare —
An: ab V. C. 620.
A Concordiensibus portum Romatinum conditum, quod nunc Lemaviu
appellant sub flumine St. — Cæterum plerasque villarum, ut oppi-
dorum Fori-iulii nomina à familiis Rom.is in provinciam deductis
nomen hausisse, et retinere adhuc à nomine ribere est, ut Ma-
An: ab V. C. eod. Marianum etc.
rianum, Antonianum, Flavianum, Claudianum et Cassianum etc.
Unde ipsarum origo et tali tempori tribui potest, ut et Trige-
Trigesimum.
simum conditum hoc tempore credideri, ita vocatum eo quod trige-
Castrum-Veneris.
simo ab Aquileia lapide distaret, ita oppidum Castri-Veneris
ad hæc tempora fuisse extructum fama refert, quo à Cim-
bris deleto, nomen accepit S. Viti — Hic usque felicitas, et
F. J.ii res tradit, et Lib. 3., ab ortu Aquil. An: 39. C. Mario
An: ab V. C. 648. Sig. 652. Slav.
4.o Cons. et Q. Catulo. —
An: ab V. C. 649. Sig. 653. Slav.
Venit postea ad Fori-iulii devastationem Theutonum, et Cim-
brorum multitudo, quæ Attinam [castrum Vetharis] aliaque omnia multa oppida
ferro, et flammis ad nihil redigere, [illegible]

cordia, que, ut in littore maris sederent, obviam barbaris
Italiam mediam petentibus occurrere; Caeterum hec T. 15
solitudo usque ad C. Julium Caesarem duravit in omnibus oppidis,
excepta Axina, que, quod Aquileie propinquior, ab ipsa
aliquid utilitatis quasi acquirit. Adventu C. Caesaris ut natu=
ibi rei militaris habet, et re infecta nullum à provincia di=
scederet Forum instituere curavit; ne provinciales

An: ab V.C. 692. Big. 696. Clar.

fatigarentur itinere, ut ad Aquileiam, ut nundinarum
et causarum gratia petere durant. Unde Oppidum Atinguti=
to, ibi ut in comodiori loco, et quasi in medio provin=
cie, Forum instituit, quod a Conditore Forum-Julium De=
inceps vocatum oppidum, deinde et universa provincia
ut et nostris diebus videmus – Hi peracti, Cajus Caesar in Galliam
contra Helvetios servans illorum Gallorum iter, qui primi
Utinum oppidum condidere; Cajus S. Petri valle ambulans
saxis M. Cornij prohibitus iter facere, in ipso saxo viam
Annibalis exemplo aperuit, ut ex epitaffio ibi adhuc
existenti, est obvio. Nec non ipsi ad radditum viam includere
vero non longe à loco, ubi Iulius in Tilianentum intrat,

*Hinc Zulia seu Juser, et corrupte Zelia

oppidum amplum locavit. Julium Carnicum appellatum, à con=
ditoris nomine, ad vicinis differentia [?]que. nunc lib. 4. –

An: ab V.C. 750.

Sub Augusto Caesare Christus orbis Redemptor nascitur –
Aquileiam Augustus, ut multitudo gentis amplius intra po=
merium stare nequiret, ampliat, moeniaque ea auget, et turri=
bus, Templis, Teatris edificat, vias sternit, portubusque munit. Auctam
ab Augusto urbem 12m pas. complecti quidam tradunt, quidam
qui 18m. pas. Candidus refert in ea fuisse 130m. civium capi=
ta censa. Livia Augusti uxor maxime vino Pucino delec=
tabatur, dum Aquileie, una cum Augusto moratur –

An: Chri. 45. Claud. 3.

S. Petrus initio sui Pontificatus statim atque advenit sibi, ut Aqui=
leiam Christifidelem haberet, S. Marcum primum in urbe Patriarcham
constituit. Ubi evangelium latine Rome scriptum in Evangelium
vertit, cujus codex manu sua exaratus ab Aquileiensi ecclesia
Venetias ductum, ubi in pretiosis asservatur. Dum tempori
Aqui=

cui cognomen erat Coricius [?] per Ilirios, et Histros datis litteris publice fidei transmissi sunt. Sed
nec

Aquileienses idolatrabant Appollinem sub noie Beleni, uti Be=
leni Dei; Templum itemque erat Idoli, ubi nunc Eccla Divi
An: X: 52. Felicis Mart. Decessit S. Marcus Aquileia, relinquens S.
Hermagoram in suo offo. Hinc oes Patriarcas ordinatim
cum suis imaginibus, et elogijs positas in sala Patriarcali Pa=
latij Utini, cura, & studio Francisci Barbari Patr.e qui
Palatium quoque extruxit. huc usque lib. 5.s —

In huius libri maiori Patriarchatus Aquileiensis prerogativas enu=
merat, nempe autumans primum post Romanam sedem ipsum ae in
Italia Episcopatum. Hermagoras iam magis in dies Catholicam crescere
in sua Diocesi religionem sentiens ipsam ampliare semper magis
cupiens eum creat Ecclam Ticini, et in Cenomanis, & Insubris
ipse Christiane semen iaciat fidei. Fortunatumque Laureacenti
Eccle praefecit. S.S. Eufemia, & Dorothea sorores Aquil. & S.
67. Tecla, & Erasma sor. Aquil. patrueles Fortunati, attonitique, denique
morte propter Xsti fidem plectuntur sub Nerone a Sebasto prae=
side Aquil. Domusque Valentiani patris Tecle, & Erasmae
Templum erat; primum Aquileiae; quod a suburbio lit. Pabulo
uocato S. Mariae Dei sedem Hermagoras transtulit; quae
olere intersecta viadi nunc de Assumtione. ex quo factum
ut magis augeret numerus fidelium Xpi, unde cum quos
suos hac de ca Idolorum Sacrificuli ad recent. Sebasto timo=
re incumbunt ut Hermagoram necaret; ipse iussus cum a praefecto
et Fortunati necari simul cum Fortunato Diacono, talium Sacri
69. ficulorum minis territus denique in carcere eos capite obtruncari,
et nito iussit. huc usque lib. 6.s —

70. Hilarius Aquil. Creat 3. Vitellio Imp. creatus martyrium sub Domi=
tiano a Berorio Aquil. Praefecto passus est, cum Tatiano Dia=
96. cono, simulque cum Dyonisio Largo, & Smaragdo.

97. Grisogonus Hilario in Pratum suffectus, huius mors qualis fuerit in
certis; suspicari sub Traiano Imp. fidelium Sanctore vita
100. excessisse certa ad an: XX. Cr. Aquil. Eccla. Hi antiqui Praes.
parum noti, deque suis factis nil quasi propter nomen hinc.

Fadorus post Grisogonum Creat 5.s sub Antonino pio Imp., praefecto A=
quil. Agone martyrij corona e ademptus. sedit ann. 30.

An: X: 151. Crisocomus Presul 6.^s annum vix Aquil. sedem regit; cum Agapitus Presul
153. 7.^s sequitur, qui Aquil. spectatorem habuit M. Aurelium, & Comodum J.
167. Hoc tempore B. Pius Aquil. Pontif. Rom. post optime vacatam aulam
M. Aurelij, & L. Veri Imp. an: 4. decessit e vita martyr.
182. Senio confectus Agapitus ultimam sub Comodi imperio an: 9. diem
clausit. Hericus in locum
Fortunatus I.^us Presul 8.^s subrogatus, qui ad ad annos paulo mi:
224. nus quam 2. sedisset, sub Alexandro Imp. occubuit, relinquens
Valerianum sedem.
239. Tunc temporis Maximinus occupato eiusdem Alexandri imperio,
perrexitque e Germania Romam; Aquil. stricta obsidio:
ne stringit, sed inani. huc usque Lib. 7.^s
240. Obtruncato capite Maximini, pater, & filius ab exercitu, Aquil.
solvunt obsidionem. Memorandum in hoc contigit assedio, mu:
lieres Aquil. ad arcus nervi, & cordas deessent ad defensam
de capillis funes texuerunt. Resistentia Aquiliensium
Maximino facta salus & libertas ~~Aqui~~ Italiae fuit.
253. Valerianus Presul 9.us sub ~~[illegible]~~ Decio Imp. e vivis decessisse existimatur.
Maximusque sedem accepisse X.^us, qui
283. Quirino XI.º Presule onus debit, ab eo tandem martyrij corona
sub Dioclet. Imp. in Pannonia accepta. Martyres et hoc tempore S.S. Felix,
et Fortunatus sub Eufemio praeside; S.S. Agapes, Chrysonia, Ire:
nes sorores sub Sisenio Sag.^to; S. Iustus; S.S. Musca, & Ciriaca
omnes Aquil. furori rabido Diocletiani pro Xsto
307. Benedictus Quirinum in Presulatu XII.^s sequitur. Cui decedenti
338. Fortunatus 2.^s sequitur Presul 13.^s huc usque Lib. 8.^s
347. Hic adfuit concilio Sardicensi contra Arianam perfidiam, &
353. Arelatensi —
361. Iulianus adhuc vivente Constantio filio acclamatur Augustus
Aquileiamque sibi obstantem obsidet, et denique mortuo Constan:
tio vi, et armis, et affabilitate Aquilienses suae ditione rapuit.
Moritur hoc tempore Fortunatus 2.^s huic 4. succedit
Valerianus 2.^s Presul 14.^s sub isto praeside creatum fuit, Gratiano,
381. & Teodosio Imp. concilium seu synodus Aquil. ubi insignes
ore pietate, et virtute clariores viri extitere; Presul Aquil.
386. sub Teodosio moritur, sedet;

cui cognomen erat Crosichius per Viricos, ad Hirtos datis litteris publicae fidei traditi sunt. Sed
nec

Chromatio Succ. 15.us relinquit. Memorat hic Auctor Collegium fuisse Monacorum, quod nunc Aquilejensium Canonicorum uidemus. huc usq. Lib. 9.s —

413. Interi Chromatius terram caelo commutat, successitq. sedemq. Aquil. —

414. Augustino Succ. XVI.us relinquit, qui post Bonifacij Pontificis confirmationem ingravus ex hac uita; tunc in sequit Adelfus

425. Succ. XVII.s Hoc tempore Placidia Aquil. moratur cum Valentiniano Imp. filio. tum Aquil. Augusti nomen et Imp. insignia

432. accipit Valentinianus; moritur Adelfus, ipsumq. in sede Aquil. Januarius sequitur Succ. XVIII.s, cuius gesta penitus oblivioni tradita nunquam reminiscere potuerunt, Ireneoq. relinquit

447. Pontificatum inde Succ. XIX.o Secundus autem

450. Viro Nicetas Succ. XX.o, quo Populus extremum passi Aquil. sunt. Et huc usq. Lib. 10.s —

452. Attila Italiam petit, et primo Forojulium invadit, mox et Aquil. cum obsidet a Menapo duce defensam per 3. menses donicq. multitudini Hunnorum cessit, tradunt ciuitq. pretiosisq. Ita dum; durauit Aquil. DCXXXV. An: Legit inde Utinum Attila, quod ad terrorem et habitaculum accipiorum ex Hun. affectus, propriaque in eam, quae Aquil. dominat. Hinc murorum ambitum maiorum extruxit portasq. erexit, maioreq. collem cum arce Iulia erexit deinde — huc usq. Lib. 11.s —

Hoc tempore dicunt aliqui Utinum cum quasi Unnium, et ita cum nomen Attina communicatum fuisse Utinum. Alij id inepte a verbo Audin quod affert huc Canonicus significat &c —

huc usq. Canon. Palud. per quem —

de Oppugn. Gradiscana ex p. 6 r. [illegible] allad.

Ann. Bella à Uscochis, qui cum mare Adriaticum Latrociniis infestarent, à Venetis lacessiti cum re eisdem immanes cognoscerent, sed Germanos utque amore adiutos conjungerent. Quibus [illegible] auxiliis Venetis infesti Vegiam Ins. Constantiae, Pectorem, loca in insula conicere, tum Lagus, et Arbe ab iis depraedatae; Istriaque incendiis ambusta. Ubi commoti Veneti ignavi hostis delictorum avenj infligere instar comparata acies tum terrestri tum navali invaderunt frustra. Uscochi enim, innanti ore confinitati finitimisque auxiliares in iuris oppidum Zoni captum sub Ioachim in ditione constitutum qui dolore amissi oppidi quotidie Gpaned quaeque defatigabant, Sardinz ita ut postremo animavérat et ipse Gallo. Ab utraque vero parte, ab una parte Ducis Zorzachi, Daniele Franolo ab altera Fabio
-7 X. Gallo, qui sub Sergiste cum sibi occurrissent in manus ventum est; Veneti fugiendo, et uti dum mors adimitur. Victoria. Inflati
1615. Germani Forojulii fines invadunt. De invasione ea auctor fit Salmazar Marracumo Utin. Pretor; Daniele, Antonimo cum cc equitibus in hostes currendos mittit; [illegible] ipse Venetis Cevatum tellum Petro Barbadico Fraon.ᶜ Campanu. iisdem Duce [illegible] omite. Utinenses primi duobus quinquaginta instruunt Senire alios centum ex nobilitate Utin. pleosque ex aliis locis sub Veneta Ditione positis. Ferdinandus è contra D. equites Austriacos excivit Gaidunum, pleosque ex aliis locis. Memoratis copiis Veneti Austri. Ducis Avidualia confinia ingrediuntur; Cormonumque petentes ipsum in deditionem facile receperunt, cum ipsi adiacentibus locis; inter quae Zudeva Aquil; Lopetum, Stevniam et montem, medeque inter Palmam, Gradiscamque positum munit Iustinianum; multitaque Cormonum Spolevit.
1616. Selani invasus pleosque faciunt, Dobra à Venetis capta, Uscocha ... nunc, Coporetum infeliciter tentant. inde in campis Marianis copias sedes belli ponunt - hic usque d.s
Pugna inter Franolum Gradiscae defensorem, et Antonium CCC. e. à Gradisca confinis; in ipsa Victoria Veneti consequuntur morte CC hostium, et Ducis Franoli, Spicardi de Strassoldo praefecti Gradiscani; tres, aut quatuor de Venetis Ceciderunt. Lucinicum iterum in Austriacum manus rediit.
Veneti ad Gradiscae oppugnationem parant, quae à Ioanne Leviro, et Spicardo de Strassoldo iussu Trauttmanstorfii tunc Austriacum Ducis defendit —

cui cognomen erat Crosichias per Viricos et Hestros datis litteris publice fidei traditi sunt. Sed
nec

Veneti interim Farra occupata strictiori obsidione
Gradiscam stringunt, Trautmanstorfius impigre inter
haec munimentis, et aggeribus refectis propugnaculisque, in
alteram Pontis ripa monte postea Imperatorio voca-
tum occupat, ut exinde, et flumini, et Venetis imineret.
Qui iam aggere quasi ultima imposita manu circum quatuor
erigunt castella, 1.um Farrae, et flumini propinquum, 2.um 3.um Aqui-
lonari oppidi Angulo insedentem, 4.um in porta, et latum
occidentalem; quibus munim.tis Veneti oppidanis, et pares et
superiores evaserant —

Infelici tamen marte Veneti pugnarunt. eminentiorem interim
propugnaculum Germani suscitant Imperatorio superius
quod Pappinerum vocatum.

Sub tempus Daniel Antoninus majori pilla perculsus
moritur, ipsique Jacobus frater succedit. Iustinianus conatum
tamen laboris in aggere extruendo impedit, ut demum illum
fossae coniungit murique hinc facile labefactaret. Sed labor
omnis inanis. Venerunt interim litterae a Senatu ut ab
armis, in gratiam Pontificis cessaret, quibus Iustinianus parens
cum machinis, et post XXIX dies obsidionis, cum copiis
Marianum petit. hucusque Lib. 2.us —

Videbatur futura pax, sed frustra. Veneti suum exercitum morbis
quasi epidemicis pene confectum restaurant, et in melius
reddunt. Stad Podigoram Zrinitanus Illyricorum Dux tum Schiu-
rentis cepit, quod hinc asportatis incolis desolatum reliquit.

Ponteba à Comitio Ferdinandi duce capitur, post 9. dies à Marciano
Mari Ant.o cum Clamonensibus aliisque ordinibus; Malborgetum,
et Zavinizam cum illa omni regione ab Antonino devastatur
Hinc Caporetum, et Fluinitium capit, quae Podigoram, et Farra
sequitur, deinde repulsam; hanc felicitatem Venetorum mors Iusti-
niani funestat, et à Priolo frustra Pontis Sorie tentatum.
hucusque Lib. 3.us —

Iustiniano mortuo in potenti tene. Priolo in urbe mortuo. A-
jandus cum Ioanne Medicis Cosmi filio exercitui praeficitur Lau-
hinc vigilias in hyeme placide et quiete —

N. X.

1617 Fons S. Martini à Madrigo tentas, et fortira; hinc Levia aliq. Veneta pugna. Veniunt ex Batavis auxilia Ernesto de Nassau Duce, qui conventus in provinciam statim Linga (?) Arosi ad ~~[illegible]~~ Fomitianum munitionem Guaniens ad cepit, deinde imperatorium personis ob ipsius in debilitatem accipit. Anno eius lib. 4. —

cui cognomen erat Crotichios per Histrios, ad Hirtros datis litteris publicae fidei transmissi sunt. Sed

nec

ex Tract. de Iudejs, et alijs Infidelib. Marquardi de Susanis Utinen. qui scripsit anno = 1558 = Parte 3a. cap. 2. pag. 99 & seqq.

In nra. Provincia provincia Aquileia Urbs, de qua Iustinianus Imp. in authent. induct. interp. Gregorij Haloandri sub tit. de Pret. Paphlagoniæ, Constitut. 29a. ait = Paphlagonum gens antiqua, nec ignobilis olim exstitit in tantum quidem, ut et magnas colonias deduxerit, et sedes in Venetijs Italorum fixerit, in quib. et Aquileia eam sub eiusdem urbium, quæ multoties cum ipsis et Regijs certamen suscepit, condita fuit, de qua Herodianus lib. 8. meminit in Maximino asserens eam fuisse ingentis magnitud. et populo abundante, et velut Italiæ quoddam emporium, quæ tempore Martiani Imp. Attila, Coluber tortuosus, flagellum Dei nuncupatus diripuit, et incendit, tempore, quo et Concordiam, Altinum aliasq. Venetiæ, Romaniæ urbes, et Ticinum, et Mediolanum destruxit. licet ex post An: D: 1034 = Popo Aquilej. Patria restauravit, qui in medio Cathedralis eiusdem Civitatis Eccliæ requiescit, in cuius tumulo hi versus sunt descripti

† Lector quæres, quæ sit murus Aquileia, quid ingens
  stat templum, turris celsa, quæ strata petis.
Cum Dos ampla datur Conrado a Cæsare, & qua
  sub Patriarchali videre posse nota.
Debentur cuncta hæc illi, qui claudit Area hac,
  Popo, sacerdotes huic dabo thura, fuit.

ibid. pag. 99. Idem inquit colligi ex Petr. Anchar. in Clemen. ne Rom. § sane. de elect. quod si Papa moveret in Civitate Aquileiæ electionem esse faciendam in civitate Utini, ubi est audientia causarum sedis Patriarchalis ipsius Civitatis Aquileiæ, ferè inhabitatæ, —

Aquileienses antiqui colebant duo sua tutelaria numina Felenum, & Belenum, quæ quidem Belenum pro Appolline venerabantur, refert Iul. Capitolinus in hæc verba = cum fortiter obsideret Aquileiam Maximinus, Legatos in eandem urbem misit, quib. Populus pene consenserat, nisi Menophilus cum collega restitisset, et deum Belenum per Haruspices spopondisset, Maximinum esse vincendum, unde et Maximini Milites jactasse dicuntur, Appollinem contra se pugnasse = qui et Belenus ab Herodiano depræhenditur vocatus fuisse Beles, in cuius rei testimonium volui adducere infrascripta monumenta nobilia tabellæ marmoreæ incisa in urbis eiusdem reliquijs inventa, et usque in hunc diem existentia,

et pag. 100.

BELEN.

+ BELEN. AVG. IN MEMOR. IVLIOR. ET
MARCELLAE. ET IN HONOREM. IVLIARVM.
CHARITES. ET MARCELLAE FILIARVM
ET LICIN. MACRON IVNIOR NEPOTIS
C. IVL. AGATHOPVS IIIIII VIR. AQVIL.
L. D. D. D.

+ BELENO. MANSVETIVS. VERVS. LAVR.
LAV. T. VIBIANA. IANTVLIA. V. S.

+ FONTI BELENO
C. AQVLEIENSIS DIADVMENVS
B. V. S.

+ M. HOSTILIVS
AVCTVS
IIIIII B. S. D. ~~VIR~~.

+ BELINO SEX. CAESERINVS FAVSTVS
IIIIII VIR. V. S. L. M.

+ BELINO. AVG. SACR. VOTO SVSCEPTO
PRO. A. AQVLIO GE. POM. VALENTE
IIII. V. I. D. DESIGN. PHOEBVS. LIB. V. S. L. M.

+ BELENO AVG. SACR. L. CORNELIVS. L. FIL.
VELL. SECVNDINVS AQVIL. EVOC. AVG.
N. QVOD IN VRB. DONVM VOVIT AQVIL.
PERLATVM LIBENS POSVIT L. D. D. D.

+ APOLLINI BELENO. C. AQVILEIENS.
FELLIX. Impefectum est.

T. MARIVS APTVS VERCELLEN. ET
ASIATICVS MAN. BELENO
V. S. L. A.
P. G.

Erat quoq. Templum iuxta Timaui fontem, quod ol. (prout est fama) dicatum ~~erat~~ Diomedi, nunc est Templum dicatum diuo Ioanni in Tubis, Antiquum, et quadratis lapidibus constructum, ubi reperi unq tabellę, infrascriptę, notam quedam reseventia. SPEI

cui cognomen erat Crosichius per Histros et Austros datis litteris publicę fidei transmissi sunt. Sed

SPEI AVG. G. SACCONIVS VARRO
TRIB. COH. I. MILLARIAE
DELMATARVM
~~M~~. V. S.

S . A . S . PROSAI
AQVLINI
VILLICI AGG.
ET TITI . IVLI.
AQVLINI
IVLIA
STRATONICE
V . S .

TVT
VOTVM
L
TILIA
.MAT

Has ex lapidib. inscript.es refert D. de Susanis in libro &c.

M. FOVSCIVS O....
LICNVS
PEREGRINAT...
C. FOVSCIVS C. F.
BALBVS V. F.
SIBI ET SVIS

Hæc inscriptio extat Cremonæ in via pub.ca quæ it ad eccl.am majorem adhærens ædibus familiæ Franceschinæ, et a me Joseph descripta est

[illegible] in regno Cesi[illegible]

cui cognomen erat Crosichias per Istrios et Histros datis litteris publicae fidei transmissi sunt. Sed

nec

Nautas insuper armavit (Pharnabazus Persa socius Lacedaemonum) et Sicilia [illegible] ubique in locis constitutis maritimis: convocatisque ex omnibus civitatibus Ducibus, et Trierarchis, illos classem aliam apud Antandrum aedificare, pristinumque amissarum navium numerum explere jussit. Xenophon. Her. Graec. lib. 1. n. 50. pag. 294. Linkemero Interprete.

Cum ipsi in hostes navigarent, naufragorum succursum Trierarchis hominibus expertis, et qui nunc quoque erant, Therameni, et Trasybulo, similibusque mandasse. Xenophon. rer. Graec. pag. 307. Linckemero interprete. Not. Trasybulum et Theramenem viros principes, qui praefecti Atheniensium classi fuere, ut id. Xenoph. ibid.

M.CCCC̊.LXXVII· NOTA CHEDE AGOSTO FONO
LEGOSTE·INLA·PATRIA·ET·A VLTIMO·OTVBRIO·LI·TVRCHI·RONPE·LO CAMPO
ALOSONEO·I°DI SEQVENTE·STRACORSE BRVSANDO·LA PATRIA PER TVTO.

In porta domus Adigni eccle majoris Irid^mi.

Q. OHAPVL·
Inventa in Oppido S. Danielis in sarcophago
in lapide laterizio ad caput mortui.

cui cognomen erat Crotichius per Vinios, ad Heilmos, datis litteris publicis fidei traditi sunt. Sed

cui cognomen erat Crasichius per Ilvinos et Hislros datis litteris publicae fidei muniti sunt. Sed

nec

cui cognomen erat Crotichias per Viricos, ad Histros datis litteris publicae fidei transmissi sunt. Sed

nec

cui cognomen erat Croïchius per Viriros, et Hirtros datis litteris publicæ fidei transmissi sunt. Sed

nec

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

COMUNALE